DE ILIADIS ET ODYSSEAE PARTIBUS RECENTIORIBUS

SIVE DE ARTE INDUCENDI ET CONCLUDENDI SERMONIS HOMERICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AUCTORITATE ET CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPURGENSI ORDINIS AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOHANNES BERGER
ASSINDIENSIS-RHENANUS.

MARPURGI CATTORUM
TYPIS ACADEMICIS IOH. AUG. KOCH
MCMVIII. 1908

Referente Theodoro Birt dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine die XIX mensis Februarii a. MCMVIII adprobata.

THEODORO BIRT

S.

Praefatio.

Viri docti antiqui tria genera poesis discernebant: primum γένος μιμητικόν sive δραματικόν, deinde γένος διηγηματικόν vel ἀπαγγελτικόν, quibus duobus inserebant tertium genus ex primo et altero mixtum, quod nuncupabant γένος μικτόν vel κοινόν. Et isti generi mixto adnumerabant Homeri carmina, quod in iis heroes non minus saepe verba faciunt quam auctor ipse. Atque profecto Homeri genus dicendi non raro scaenicae dictioni proximum est. Sed quoniam poeta epicus non ut fabularum scriptor in scaena personas loquentes facit, sententiis quibusdam coniungere debet orationes personarum partes agentium inter se et cum narrationis contextu nobisque indicare, quis verba facturus sit vel fecerit.

Nam orationibus directis narrationis aequum cursum turbari et interrumpi iam antiquissimus ille poetarum sensit. Sic ortae sunt illae formulae: τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα, ὥς ἔφατ', οἳ δ' ἄρα πάντες . . . et sim., quae Homero et arti epicae, quae eum sequitur, tam peculiares sunt, ut sine his ornamentis Homerum nostrum vix cogitare possimus. Sane poeta valde id affectat, ut formulis inducentibus et concludentibus quasi rotundet orationes et circumplicet, nam etiam orationes obliquas, quas prae directis semper brevissimas esse et quas saepe in orationem directam transire nuper demonstravit Rehme — cf. infra pg. 10 —, eadem fere ratione circumplectitur. Denique observamus etiam personas ipsas, quas auctor fingit dicentes, in suis orationibus

eodem modo atque poeta ipse manifestissime separare aliorum verba a suis, quo studio poeta adducitur, ut interdum etiam duas conclusiones deinceps sequentes ponat.

Quod nobis, quorum oratio fertur quasi torrens, inhabile quid et rigidum habere videri potest, praesertim cum ad illam copiosam et uberam dictionem Homeri accedat aliud: omnis fere variationis defectus vel, ut aliter dicam, eximia iteratio quarundam formularum. Apud nostrates aequabilitas et immutationis defectus taeterrimum habetur, sed plane contrarium usum apud Homerum valere tibi satis notum erit. Nempe hic ut pro aliis rebus, quas saepius narrationis cursus postulabat, uti solet fixis et stabilibus sententiis; sic praecipue ad orationum exordium et finem notandum adhibet formulas quasdam, quae sane ut imagines ex aere ductae sibi constabant.

Nolo in universum disputare de iteratis apud Homerum, de quibus iam alii ante me egerunt — conferas praeter omnes Godofredi Hermanni opusculum, quod confecit »De iteratis apud Homerum«, Lipsiae 1840; addo: Rothe, Die Bedeutung der Wiederholungen für die hom. Frage, Festschrift des franz. Gymnasiums, Berlin 1890; Christ, Sitzungsbericht der k. bayr. akad. hist. phil. Klasse 1880, pag. 221—272; Sittl, Die Wiederholungen in der Odyssee, München 1882. Sed ut certis numeris tibi persuadere possis, adscribo id, quod Eduardus Schmidt in indice omnium iteratorum Homericorum, Goettingiae, anno 1885, pag. VIII praefationis collegit:

»Wie unendlich oft Homer sich wiederholt, weiß jeder Homeriker, welchen Umfang die Wiederholungen aber erreichen, hat meines Wissens noch niemand berechnet. Ich habe 1804 sich wiederholende Verse gezählt, welche 4730 mal vorkommen; sieht man von geringfügigen Abweichungen ab, so sind es 2118, die 5612 mal erscheinen. Rechnet man zu diesen noch diejenigen, die in ihren beiden Hälften oder ihren einzelnen Teilen sich wiederholen, so

beträgt die Zahl 9253 (Ilias 5605, Odyss. 3648), fast genau ein Drittel sämtlicher Homerverse (Il. 15693, Od. 12160, zusammen 27853). Diese Zahl wird bedeutend vermehrt durch die vereinzelt vorkommenden Wiederholungen in den andern; setzt man diese nämlich zu Versen zusammen und rechnet sie jenen zu, so ergibt dies die Summe von etwa 16000 Versen, also stark den Umfang der Ilias. Will man zusehen, wieviel von den beiden Epen nach Abzug aller Wiederholungen — der Vers

καί μιν (σφεας) φωνήσας (-σασ') ἔπεα πτερόεντα προσηύδα (-ηύδων)

findet sich 51 mal, darf aber natürlich nur 50 mal in Abzug gebracht werden — übrig bleibt, so hat man etwa 12000 Verse abzurechnen, was ungefähr dem Umfang der Odyssee gleichkommt.«

Ex his iteratis mihi imprimis illae formulae, quas iam supra tetigi, inductiones scilicet et conclusiones orationum directarum, diligenti et plena perquisitione et recensione carere et indigere videbantur; qua de causa mihi eas in examen vocare proposui.

Initio mea studia restrinxeram ad orationum complexiones, at tamen brevi intellexi, quam arte cum his formulis cohaereant eae, quibus poetae epici inducunt orationes directas; nempe quasi curvaturae — ut cum Vitruvio dicam — sibi respondent, inter se tendunt et rotundant. Accedit, quod haud paucae istarum sententiarum quasi Iani facies et respiciunt ad orationem habitam vocibus sicut *ὣς φάτο, ἦ ῥα* sim. et prospiciunt ad verba sequentia. Adsumas frequentes illas formulas, quae statim post finem orationis recta via contendunt ad sequentia verba.

Deinde magno cum gaudio observavi eos locos, in quibus conclusionum structura et compositio ab usu recedit Homerico, eosdem simul serae originis signa prae se ferre. Quo modo ea, quae duce conclusionum observatione

statui, multo maiorem veri similitudinem adipisci mihi non negabis.

Si recolligis frequentiam immensam istarum quas tractaturi sumus formularum, non mirum tibi videbitur, quod iam ab antiquis Homerus irrisus est propter illas formulas, quibus copiose initium et finem orationum exornat. Porphyrius apud Eusebium, praep. evang. X. 3, memoriae tradit a Cratino, poeta comico, Homerum ludibrio habitum esse propter frequentiam illarum formularum: *Τὸ γὰρ ,τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης' σιγῶ, Ὁμήρου κωμῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ ,τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.* Sic ille, neque hodie desunt, qui idem irrideant et increpent. Sed nostrum non est vituperare, immo vero omnia funditus intellegere et explicare.

Sic oritur prima quaestio, quae nobis solvenda erit: qua de causa et quo consilio posuerit Homerus illas inductiones et conclusiones. Non pauca ad hunc usum explicandum iam God. Hermannus contulit in praestantissimo opere supra pg. 2 citato. Ex quo nonnulla repetenda erunt, alia supplere conabor.

At unum praemonendum est. Cave ne antiquae dictionis mensuram facias ad amussim hodiernae cultioris. Dico cultioris, nam nos abundanter utimur oratione obliqua, quam Homero vix notam fuisse in propatulo est. Sed si Homeri dictionem cum hodiernis comparare vis, descendere debes ad pueros et ad plebem rudem artium; qui non aliter atque Homerus de oratione habita vel audita iisdem verbis, i. e. oratione directa, referre solent. Et si animum induxeris, reperies easdem sive similes formulas ad orationis exordium et finem distinguendum iis familiares esse. Rerum natura datur eos spernere verborum copiam et gravitatem et ornatum Homericum. At nunquam, ubi nuntius ea, quae ei mandata sunt, pronuntiat, intermittit antea et postea monere: »haec mihi mandavit . . . .« Festive

hanc popularem dictionem imitatur Fridericus Reuter, Olle Kamellen III cap. 12: — »hm!«, sag' ich, — »so?«, sag' ich, — »na!«, sag' ich, — »gun Tag!«, sag' ich un geh e. q. s. Nonne poeta, qui carmina epica pangit, ipse quoque nuntius est? Nonne refert ea, quae ei a Musis mandata sunt? Quas, priusquam carmen incipiat, invocat, ut sibi auxilio sint ad ea digne et eleganter promenda, quae ipsae sibi mandaverint. Hoc luculenter Apollonius Rhodius profitetur Argon. Δ 1379 seq.:

Μουσάων ὅδε μῦθος. ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω
Πιερίδων, καὶ τήνδε πανατρεκὲς ἔκλυον ὀμφήν.

Magni momenti id quoque fuisse censeo, quod carmina epica non ad legendum sed ad audiendum componebantur.

Simpliciter et sicce fere poeta indicat orationem aut secuturam aut habitam esse.[1]) Num toto hoc genere dicendi opus erat, si componebantur illa poemata, ut legerentur? Nonne ille additis signis vel spatio interiecto orationis exordium et finem oculis lectorum demonstrare poterat? Nonne ea ratione nostrates scribere solent?

Quae omnia explicatum inveniunt, si sumis carmina illa vetusta primum non litteris mandata, sed recitata et audita esse. Hic habes causam illius apparatus. Etenim

---

1) Ne falso interpreteris mea verba, hoc addo. Dixi »simpliciter« et »sicce« spectans simplicitatem verborum comparatam cum ornatu posteriorum, sed etiamsi nobis ignotum est, quo modo carmina sub Homeri nomine memoriae tradita orta sint, et quamquam iter, quod ars poetica antea fecerat, nobis semper tenebris velatum manebit, tamen hoc confidenter dicere audemus: admirabile hoc genus dicendi, quod per saeculorum seriem duravit usque ad hunc diem, neque repente neque ex ingenio unius viri ortum, immo vero paulisper fictum et expolitum est usu cotidiano et industria illorum vatum, qui artem quasi professionem et quaestum colebant per multa saecula et formam et rationem dicendi a parentibus sancti patrimonii instar acceptam conservabant. Hoc praecipue quadrat in eas de quibus acturi sumus formulas.

quae versibus pancta sunt, ut solis auribus percepta delectent, ea, quoniam vox simulatque edita est, irrevocabilis abiit, ante omnia oportet plana et perspicua esse, ut sequi commode possint recitantem auditores nec moretur eos aliquid avertatque sensum a proxime succedentibus; aliter enim futurum fuit, ut audiendo magis fatigarentur mentes quam delectarentur. Ea quae narrantur, ita solent describi, ut semper ex praegressis aliqua pars repetatur, quo fit ut et ea, quae iam audita sunt, facilius retineantur firmiusque imprimantur animis et laxius atque remissius fluat oratio quam si poeta novis semper constipatis attentionem difficilem et molestam redderet.

Permultis locis Homericis praecipue recentibus, auctores addunt nomen eius, qui locutus est, ne is, qui audit, meditari debeat, ex quo profecta sint verba audita, neque taedium sumat ex illo labore. Quem interdum non exiguum esse in hodiernorum scriptorum lectione profiteor; non semel satis diu moratus sum, quaerens et quaesitans, cui orationes celeriter variantes et vicissim praeterlabentes tribuendae essent. His molestiis non urgemur, si scriptor poetarum scaenicorum ratione orationibus personarum nomen nude adscribit. Si igitur orationes directas aut inter se aut a narratione non distinctas tam aegre ferimus in fabulis, quae litteris excussae sunt, quanto magis seiunctionem praecisam opus fuisse putas in carminibus epicis? [1]) Huc mihi aliud quoque pertinere videtur, quod observabat poeta: regnat summa orationis directae cum numero versuum conspiratio [2]), nam unaquaeque oratio novo incipit versu et sub versus finem consistit. Conclusio igitur semper novo versu initium sumit, atque id eo quoque singulari loco (Δ 303), quo ex obliqua oratione in

1) cf. Fr. A. Wolf prol. pg. XCIII.

2) Exceptis paucis interpolationibus.

directam transitur. Interpolatores statim eo detegi possunt, quod sicut recentissimi epici hanc normam respuunt.

Etiam ipsae formulae, de quibus agimus, in antiquioribus carminibus Homericis semper, quantum viderim, unum versum complent, qui usus iam in ipsis recentioribus Homeri carminibus magis magisque evanescit, primum in orationum praefationibus, quae omnino maiore libertate dicendi excellunt, deinde in complexionibus. Respicias velim, quantopere adiuverint hae formulae rigidae poetas, ut poemata sine litteris facilius componerent et facilius ipsi memoria retinerent. Insuper semper certas formulas ad supplendam materiam paratas habebant, si quid exciderat. Quod ad hunc diem dilucide observare potes perlustrans, quo modo nobis tradantur formulae in membranis. Non enim raro accidit, ut non solum unam lectionem variam invenias, sed etiam complures, ita ut perdifficile sit ad discernendum, quaenam recta sit, neque reliquum sit quam ut optimi ubique codicis versionem accipiamus. Sine dubio illorum poetarum, qui carmina Homerica recitabant, nihil fere intererat, utrum hanc aut illam ex numero formularum eligerent.

Summa autem cum opportunitate illae formulae munere suo funguntur, nam implent iuncturas, quae hiant, ubi orationes fabulis inseruntur, simul tamen, quoniam nihil novi addunt [1]) ad ea, quae quoque loco narrantur, non exposcunt sibi diligentiam peculiarem audientium et, ut ita dicam, occulte faciunt, ut omnia per partes descripta clarius patescant.

Iam commemoraveram et presseram, quantopere Homerus in eiusmodi formularum usu sibi constiterit. Sane ut imagines ex aere ductae immobiles sibi constant hae formulae. Attamen inveniuntur loci, quibus recesserit poeta a via qua ingredi solet. Qua de causa eum hoc fecisse putas? Interdum excusari et intellegi posse videntur eius-

1) In antiquis quidem poematis.

modi exceptiones et assentimur Paulo Cauer, qui Grundfr. pg. 240 scripsit: »Das bedarf ja wohl überhaupt keiner besonderen Versicherung, dass auch in den späteren Perioden der Dichtung noch eigentümliche Kräfte aufkommen und entwickelt werden konnten, nur ergab es sich dann natürlich, dass eine starke poetische Begabung in anderer Richtung sich betätigte, als die der älteren, keuscheren Denkart gemäss gewesen war,« sed saepe tales sunt, ut vix aliquis censeat eas originem ducere posse ex Homero, et si mecum consideras, quantopere non paucae inter se repugnent, facile, credo, percipies nostras observationes aliquid conferre posse ad convellendam eorum opinionem, qui queruntur temere discerpi carmina Homerica.

Scilicet non blandior mihi neque spero confisus exiguis meis observationibus omnem me carminum illorum compositionem ita in suas partes dissolvere posse, ut quid cuique parti et aetati tribuendum sit, satis probabiliter definiatur; at tamen non inutile est collegisse, quibus locis usus tritus relictus sit; nam saepe adiutores habeo viros doctos, qui ante me Homerum perquisiverunt.

Acturus igitur sum imprimis de versibus, qui abhorreant ab usu trito, non de hoc usu ipso, nam si totius consuetudinis Homericae observationes proponere vellem, in immensum hoc opusculum cresceret, neque viderem, quid lucri caperes, si omnes tibi formulas tabulis descriptas ad oculos demonstrarem. Sed ne desideret aliquis quasi fundamenta huius dissertationis, praemitto enumerationem earum regularum principalium, quas Homerum sibi posuisse mihi apparuit.

Scilicet hae omnes quadrant in veteres et genuinas carminum Homericorum partes, quae simplici et aequo genere dicendi excellunt.[1])

---

1) Ceterum nonnulla reperiuntur congesta in dissertatione Tilsae anno 1890 publicata, quam scripsit Rob. Schau »de formulis, quas poetae Graeci in conclusione orationis directae posuerunt«.

1) Atque primum quidem orationes ipsae semper ex versus initio incipiunt et sub versus finem desinunt.

2) Semper quadam formula et exordium et finis orationum notatur.

3) Singulae in diverbiis orationes et inducuntur et concluduntur, non totum diverbium.

4) Nusquam pronomine inducitur vel summatur oratio; unum tantum adverbium *ὣς* post orationem finitam ponitur. Forma verbi *ἦ* in complexione nude adhibetur.

5) Verbum earum formularum, quibus oratio finita respicitur, m e r u m v e r b u m d i c e n d i est — contra inductio ubertate quadam sermonis excellit — cui quidem verbo adicitur raro et intra perangustos tantum fines participium.

6) Formulae autem principales, quae in conclusione valent, sunt hae: *ὣς ἔφατ'; ὣς φάτο; ὣς εἰπών; ἦ(ῥα) καὶ; ὣς ἄρα φωνήσας (φωνήσασ').* Ad quas subiectum raro adicitur. Nusquam autem cum insequenti inductione in unum versum comprimuntur.

Accedit aliud genus formularum:

τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη;
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα;
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα:
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα:
καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν . . .
τὸν δ' αὖτε προσέειπε . . .

7) Forma *φῆ* ad inductionem restricta est; contra *ἦ* et *ἔφατ' (φάτο)* praeter complexionem locum non habent. Denique verbum *λέγειν* omnino deest.

Habes leges, quae in universum ab Homeridis observantur; levioris ponderis normae suo loco in lucem proponentur. Aliud quoque praemonendum est:

Rerum natura datum est meum opusculum magis quam lectori gratum erit, ipsum quoque abundare iteratis quibusdam formulis loquendi. Itaque quaedam vocabula per compendia scribo. Significat autem:

ind. = inductio
concl. = conclusio
vett. = vetustissimus (Ur-Ilias)
vet. = vetus
rec. = recens
recc. = recentissimus
interp. = interpolatus (-io)
ion. = ionicus
al. = alias (alibi)
sim. = similis
or. = oratio
or. dir. = oratio directa
anal. = analogia
Il. = Ilias
Od. = Odyssea
legi resp. = legi respondet
sing. dict. = singulariter dictum
susp. = suspectus
l. = liber
codd. = codices
libri mss. = libri manu scripti
lo. = locus
Hom. = Homer(ic)us
Rob. = Robert
Kf. = Kirchhoff: »Die hom. Odyssee«. editio altera a. 1879.

Restat ut proferam nomina eorum, qui iam ante me de eadem re scripserunt.

Sub margine iam (pg. 8) commemoravi Robertum Schau, qui egit de conclusione orationis directae apud eos poetas, qui heroico, et apud eos, qui iambico metro scripserunt. Sed cave ne credas eum totam materiam contulisse. Non pauca eum fugerunt, omnino vix ultra locorum collectionem processit.

Etiam Godofredum Hermannum, »De iteratis apud Homerum« iam supra pg. 2 citavi.

Nonnulla de inductionibus breviter tetigit Aemilius Buennings in opusculo, cuius index est: »Quomodo inducantur orationes directae in antiquorum oratione soluta«, diss. Marp. anni 1903.

Praeterea a. 1906 in publicum prodiit dissertatio Marp., in qua Rud. Rehme ornatissime disputavit »de Graecorum oratione obliqua«. Denique me adiuvit in distribuendis nonnullis partibus Iliadis opusculum, quod confecit Franciscus Weidemann: »De ira Achillis sive de μενεαίνειν verbo apud Homerum«, Marp. anno 1889.

Legi etiam Nordeni librum »Die antike Kunstprosa« et Hirzelii »Der Dialog«. Rerum natura datur mihi non ignota mansisse ea, quae viri docti inde a F. A. Wolfii prolegomenis de Homero promulgaverunt. Imprimis in Iliadis studiis nitor Guilelmi Christii editione, quam fecit anno 1891, et Caroli Roberti libro, cui inscripsit: »Studien zur Ilias«, anno 1901 emisso, ex quo me magnum lucrum cepisse confiteor, neque raro statui me Christii lucubrationibus repugnantem illo viro doctissimo uti posse adiutore.

In Odyssea sequor editionem Ludwichianam et, cum illa mihi saepe non ad manum esset, Dindorfianam quintam, quam curavit C. Hentze anno 1897, evolvi etiam Pauli Cauer librum: Grundfragen der Homerkritik. Leipzig 1895.[1]) Denique sub huius opusculi fere finem tandem accepi et libenter adhibui C. E. Schmidtii indicem omnium iteratorum Homericorum, quem publicavit Goettingiae a. 1885.

Quod denique ad ordinem materiae quam tractaturus sum pertinet, tres partes discernendae erunt. Primum per XXVII capita accuratius explicare constitui, quo modo recentioris artis usus loquendi in inducendis et concludendis orationibus differat ab Homerica dictione, unde quasdam formulas sero demum ab Homeridis receptas esse apparebit.

Id quod ex illis quaestionibus consectarium est, promendum est in altera parte; itaque adscribendi, aestimandi, explicandi erunt ii versus, quos non genuinos esse elucet.

Denique sub finem illius capitis adserenda erit tabula eorum versuum, qui propter genuinam et incorruptam rationem dicendi vetustissimae Iliadi adiudicandi esse videntur.

---

1) Quod eiusdem viri docti editionem Odysseae non accepi, aegre fero.

Quibus absolutis nihil obstat, quominus ad rem ipsam accedamus. Atque primum quidem mihi enucleare pro= posui in

Cap. I.

Quomodo exhibeantur ab Homero et recentio= ribus ea quae una cum oratione accidunt et ea quae in tempore succedunt.

Haec altera quaestio simplicior est; nam id, quod in tempore subsequitur, longe plurimis locis in conclusione simplici particula δέ adicitur — in negatione οὐ δέ, οὐδέ; duae interpolationes Homericae et Pseudo=Hesiodi »Scu= tum« (450) habent ἀλλά —.

Non tam frequens et manifesto recentior est usus particulae αὐτάρ.

Ceterum in veteribus Iliadis carminibus raro inveniuntur adverbia, quibus exprimatur, quae temporis ratio intercedat inter orationem et id, quod subsequitur. Interdum tantum, si quis aliquid facere iussus est, adduntur adverbia sicut αὐτίκα sim. Sed si ex veteribus Iliadis carminibus ad recentiora transibis, facile observabis, quantopere augeantur adverbia talia ut ὦκα, μάλα κραιπνῶς, ἰθύς, αὐτίκ' ἔπειτα, ἄφαρ, αἶψα, καρπαλίμως. Manifesto hoc genus dicendi poetarum recentiorum proprium fuisse copia exemplorum demonstrari potest.

Egi adhuc de iis locis, ubi propria formula ὣς εἰπών sim. orationis finis notatur. Sed non raro inferiores poetae omissis eiusmodi formulis nudo adverbio temporali orationem

finitam a narratione seiungunt. Iam in duobus versibus noviciis, qui in Iliadis exordio exstant:

Α 22: ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί

Α 92: καὶ τότε δὴ θάρσησε καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων[1])

admittuntur adverbia ἔνθα et καὶ τότε. Quorum frequentia magis magisque crescit non tam apud epicos poetas quam apud prosaicos, in quorum operibus adverbia εὐθὺς τότε, καὶ ἐνταῦθα, ἐν τούτῳ, καὶ αὖθις ταχύ, ἐνταῦθα μέντοι, αἶθα sim. sescenties exstant. Haec adumbravisse sufficiat.

Idem valet de formulis, quibus apud Homerum orationes inducuntur, ubi ad illa quae supra enumeravi adverbia accedunt etiam talia: τότε, καὶ τότε, καὶ τότε δή, δὴ τότε, ἔνθα, δὴ τότ' ἔπειτα, δή ῥα τότε etc. Quorum usus postea in prosa oratione ad summam frequentiam auctus est.

Haec in universum animadvertisse sufficiat.

Sed occurrunt etiam tales loci ut K 540:

οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί.

Hisce traducimur ad alteram quaestionem quae fuit: quo modo exprimat poeta ea, quae accidunt, dum habetur oratio. Fuit id sane difficile! Nam poeta non ut pictor ea, quae eodem tempore fiunt, simul proponere potest. Meminerimus, quo modo construat totam suam fabulam Homerus. Plerumque ea, quae eodem tempore fiunt, simpliciter narrat quasi deinceps sequantur, nisi quod nonnullis sane locis necessarium putavit nos certiores facere se ad priora gressum referre et compensare narrationem mentione rerum, quae eodem tempore alibi actae erant. Zielinski diligenter totam hanc rem illustravit in Philologi suppl. VIII pg. 437 seqq. Accurate eundem usum sequitur Homerus in conclusionibus. Nam ea, quae agit is, ad quem verba fiunt, dum loquitur alter, exprimuntur aoristo, quasi facta sint post orationem. Quam aoristi formam ubi ponit poeta, plane recedit ad tempus actum

---

1) cf. etiam hymn. in Merc. 521.

et supplet aliquid. Scriptores hodierni idem efficiunt plusquamperfecto, at in Homero uno tantum loco invenitur eiusmodi dictio:
ω 450: *ὣς φάτο, τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος ᾕρειν* (legi respondebat *εἷλεν*): »die aber waren alle schreckensbleich geworden.« (Formulam non ita raram: *ὣς φάτο, ἣ δὲ — — βεβήκειν* vix huc referre licebit.) At tamen inveni in recentioris aetatis carminibus Homericis locos, quibus me iudice aoristus plusquamperfecti vi praeditus est. Sed nequeo fusius in hanc rem inquirere, ne alia graviora praetermittantur.

Adhuc locutus sum de conclusione, restat, ut etiam inductionum usum loquendi perscrutemur. Rerum natura datum est poetam hic facile vel adiecto participio significare posse, quid egerit is, qui verba fecit. Atqui rursus ostendi potest recentiores auctores multo magis quam vetustiores id operam dedisse, ut participiis additis nobis loquentium motus ut corporis ita animi ad oculos demonstrarent. Pro multis adscribo unum exemplum

H 94/95: . . . *καὶ μετέειπεν*
νείκει ὀνειδίζων, μέγα δὲ στεναχίζετο θυμῷ,

cf. etiam *Δ* 154, *K* 390 sim.

Id non miramur, sed ad magis complicatam et artificiosam dictionem haud parva cum audacia processerunt nonnulli recentioris aetatis Homeridae praemittentes quasi per parenthesin orationi id, quod fecerit is, ad quem verba diriguntur. Quod sane non inficete fecerunt! Exempla infra dissertationis cursus afferet, sed, ut intellegas, quid velim, unum exhibeo:

Θ 4: *Αὐτὸς δέ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον,*
accedunt *Π* 231; *Ω* 170; *κ* 481; *ξ* 485; *ϱ* 216; *σ* 350.

Modo dixi, »quid fecerit is, ad quem verba directa sunt.« Rarius hic gestus simul cum oratione incidit, plerumque consecutiva ratione cum ea cohaeret. Sed id saepenumero non facile discernitur.

Redeo ad conclusionem disputandam. Praeter formulas illas ὣς ἔφατ' sim. Homerus saepe auxilio participiorum ὣς εἰπών, ὣς ἄρα φωνήσας sim. exprimit ea, quae eiusdem temporis sunt atque oratio ipsa; qui conexus mihi quidem artior et strictior esse videtur quam quem illud ὣς ἔφατ' praestat. Quin etiam observari potest haec participia ὣς εἰπών sim. postea usu hebescere, ita ut simplici »so« verti possint. Ex exemplorum numero duo elegi:

σ 340: ὣς εἰπὼν ἐπέεσσι διεπτοίησε γυναῖκας . . .

ubi sive εἰπὼν sive ἐπέεσσι abundat.

Υ 340: ὣς εἰπὼν λίπεν αὐτόθ', ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα.

Omnibus fere locis illa participia per nominativum exhibentur, sed se offerunt etiam pauci versus, ubi ponatur genetivus vel dativus vel accusativus. Quos qui accurate inter se comparaverit, eum vix fugere poterit iis iterum progressum quendam repraesentari ad artem magis politam; nam — ut exemplo utar — in versu ο 160 (ι 525):

ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δέξιος ὄρνις

vel illo Χ 361:

ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψεν

et ε 313:

ὣς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης

non simpliciter exprimitur apparuisse aliquid loquenti postquam verba fecit, immo vero poeta explicare studet:

Während er noch so sprach, flog . . .

Während er noch so sprach, umhüllte ihn schon das Todesdunkel.

Itaque his quos attigi locis prima quamvis incompta conamina artis apud inferiores magis cultae et expolitae detexi. Cuius artis haud parvus progressus exprimitur formula, quae exstat Κ 540, π 11, 351:

Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ἐπεί . . .

Hic poeta dilucide et disertis verbis exprimit orationem nondum ad finem perductam esse, cum accidit aliquid. Huc quoque pertinet Λ 411:

εἶος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε, τόφρα δὲ . . .

cf. etiam *T* 242:

αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην τετέλεστό τε ἔργον,

quod imitatur Herodotus III 134, et *γ* 62, si sequimur lectionem, quam proposuit Classen, Über den hom. Sprachgebrauch pag. 31:

ὣς ἄρ' ἐπεί τ' ἠρᾶτο, καὶ . . . .

Iuvat etiam plura in comparationem vocare. Simillimus est locus Platonicus Euthyd. 277 B: *καὶ οὔπω σφόδρα τι ταῦτα εἴρητο τῷ . . . καὶ . . .* Conferas etiam Colluthi *ἁρπαγῇ τῆς Ἑλένης* 166: *οὔπω μῦθος ἔληγεν, ὃ δὲ . . .* et Nonni versum Dionys. XXX 106: *μόγις κτλ.* Idem exprimitur particula *μεταξύ* in Plat. Euthyd. 275 E: *καὶ αὐτοῦ μεταξὺ ταῦτα λέγοντος,* i. e. »mitten dazwischen, während er noch redete«. Similiter Aeschines *περὶ παραπρεσβείας* § 106: *ταῦτα δ' ἐμοῦ μεταξὺ λέγοντος ἀναβοᾷ . . .* Eandem functionem habet particula *ἔτι* cum participio coniuncta; cf. Charitonis Aphr. fabulam de Chaerea et Callirhoe II § 6 et X § 4: *πάντες ἔτι λέγοντος αὐτοῦ* et IX § 4: *ταῦτα ἔτι λογιζούσης αὐτῆς . . .* Particulam *ἄρτι* exhibitam inveni ab Achille Tatio Alexandrino in fab. de Lycippa et Clitophone VII, 3: *ἄρτι λεγούσης αὐτῆς.*[1])

Haec particula *ἄρτι* fere congruit cum particula *ἅμα,* quae post Homerum eximio modo adhibita est ad id exprimendum, quod accidit, dum properat oratio. Semel id *ἅμα* legitur in Odyssea *σ* 356: *ἦ ῥ' ἅμα τε προσέειπεν.*[2]) Sed ille versus est ex iis, ubi exprimitur eum qui locutus est s t a t i m ad aliam personam verba facere. Itaque in hoc versu *ἅμα* fere vim habet particulae *αὐτίκα,* nam non eodem tempore duas personas alloqui poterat Eurymachus.

---

1) cf. Verg. Aen. III 655: Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus etc.

2) cf. Ap. Rhod. IV 1599: *ἦ ῥ', ἅμα δὲ . . .*

Sed post Homerum *ἅμα* tam usu tritum est, ut longum sit exempla enumerare; at tamen pauca ex Platonis et aliorum operibus elegi, quibus varium istius particulae usum cognoscas.

Achilles Tat. in fab. de Lyc. et Clit. *E* 21, 1: *ταῦτα ἔλεγε καὶ ἅμα* ..., in eadem fabula *B* 23,3: *καὶ ἅμα ἔλεγε καὶ ἅμα* ... Herod. I 112: *ἅμα τε ταῦτα ἔλεγε καὶ* ... Herod. III 65: *ἅμα τε εἴπας ταῦτα* ... Herod. VIII 5 (= IX 91): *ταῦτα ἅμα ἠγόρευε καὶ* ... Plat. Prot. 335 C et Plat. Phaed. 117 C: *καὶ ἅμα ταῦτ' εἰπών;* Plat. Charm. 162 B et Phaed. 61 C: *καὶ ἅμα ταῦτα λέγων* ... Frequentatur genetivus absolutus, ut apud Achillem Tat. de Lyc. et Clit. *A* XII 1: *ἅμα δ' αὐτοῦ λέγοντος.* Simplicius est illud *καὶ ἅμα* sub orationis clausulam· Plat. Lys. 206 E; Charm. 153 C. al.

Ut summam faciam: poeta id, quod eodem tempore atque oratio fit, exprimit

1) in conclusione p o s t orationem,

2) in inductione a n t e orationem.

3) In complexionibus adiecta particula *ἅμα* sive etiam pluribus verbis copiosius indicat poeta ante ipsius orationis finem aliquid accidisse.

4) Audacior aliquis eo procedere poterat, ut, quae una cum oratione fiunt, re vera una cum oratione exprimeret, i. e. interponeret orationi. Quod sane postea in usum venit, at tamen ante prosaicos nemo id ausus esse videtur.

Primum apud Platonem philosophum, poetam et artificem linguae talia leguntur sicut Protag. 318 E: „— *καὶ ἅμα εἰς τὸν Ἱππίαν ἀπέβλεψε* —". Sic scilicet effectum est, ut videamus Protagoram, dum verba facit, se convertere ad Hippiam. Conf. etiam Phaed. 115 C: „— *γελάσας δ' ἅμα ἡσυχῇ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέψας εἶπεν:* —". Saepius similia apud scriptores eroticos leguntur. Sic in Theodori fab. de Rodantha et Dosicle VIII 173/74:

„— καὶ λεγούσης τῆς κόρης
κύψας Δοσικλῆς ἠσπάσατο τοὺς τόπους —“

et in Eustathii philosophi fab. de Hysmina et Hysminia Δ I 3: „— τὸν Κρατισθένην δεικνύς —“ (»— er zeigte auf Kr. —«). Similiter ς II, 2.

Hic liceat mihi etiam ad alium recentiorum usum illustrandum expatiari. Saepe enim complexionis verbum dicendi omittunt ita, ut legamus Theod. de Rod. et Dos. Γ 319: Ὁ μὲν Δοσικλῆς ταῦτα τῇ ποθουμένῃ. Apud eundem Θ 205: ἡ μὲν Πυθία ταῦτα τοῖς γηραλέοις et apud Nicetam de Drosilla et Charicle VI 291: οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος, et saepe al.

Unde adeo ad hodiernorum sermonem deducimur. Collustremus hodiernorum scriptorum dictionem praecipue in fabulis Romanensibus obviam, quippe quae studio novandi excellant et nobis optime praebeant id, quod nostrae aetatis proprium est.

Summam commotionem invenimus in orationibus directis, que persaepe plurimam partem fabularum obtinent. Nam scriptor nobis personas ipsas contendentes proponit, ut velut nostris auribus audire videamur. Itaque scaenico generi dicendi eorum locutio propinqua est.

Persaepe inter duos dialogi sermones nihil intercedit nisi gestus descriptio qualis: »Er lächelte, er seufzte« etc. Quas formulas sive breves sive longas hodierni non modo in medias orationes innectunt, id, quod iam Plato et scriptores erotici sibi permiserunt, sed ultra procedunt, has formulas cum orationibus in unam sententiam coniungentes, scilicet ita, ut oratio directa obiecti functionem accipiat. Quod ut planius percipias, nonnulla adscribo exempla:

»—« er lächelte.
»— er lächelte —«
»— lächelte er —«
»—« lächelte er.

Similiter »schluchzte er«, »seufzte er«. Sed haec non satis. Eadem ratione etiam illas formulas, quae orationibus postponi solent — agitur nunc praecipue de iis, quae describunt gestum oratoris, quo prosequitur orationem — usurpare non verentur. Ex usitatis sententiis: »er stampfte mit dem Fuss«, »er blickte ihn befremdet an«, »sie schlug entzückt in die Hände« tales fiunt ut: »— stampfte er mit dem Fuss«, »— blickte er ihn befremdet an —«, »— schlug sie entzückt in die Hände —«. sim. Unde apparet, quantopere nostrates illustrare dialogum simulque quam plurima in paucas voces comprimere studeant. Sed haec cupiditas ad summum aucta abiit in ineptias. Nempe tanta temeritate hoc genere dicendi scriptores nostri utuntur — praecipue ii, qui in actis diurnis se offerunt — ut verba, quae brevem tantum gestum significant, sicut »auflachen«, »aufseufzen«, cum talibus orationibus coniungant, quarum longitudo non congruit cum gestus brevitate.[1]) Auctum igitur est id studium, cuius elementa iam apud Homeridas recentiores nascentia videmus, usque ad ridiculum et absurdum. Buenningsius illas formulas, quas citavi, omnes inductiones nuncupavit et tamquam inductiones tractavit.[2])

Quae cum ita sint, vix oppugnabis mihi affirmanti illas quas tractavi sententias ut ex inductionibus ita etiam ex conclusionibus orationum ortas esse et commixtioni cuidam harum formularum originem debere.

Sed his sententiis, quae loquentis gestum depingunt, observatis deducor ad aliud genus dicendi, quod meo quidem iudicio eadem ratione ortum est.

---

1) Ex eodem variationis et brevitatis studio ortae sunt sententiae quales: »dieselbe weinerliche Stimme«, »tiefe Stille«, »ein Seufzer«, »schallendes Gelächter« etc., quae mihi semper in memoriam revocant notas marginales, quas poetae scaenici in histrionum usum adicere solent. Sed nolo longus esse in rebus satis notis.

2) Quamquam in adnotatione ad pg. 8 seq. nonnulla scripsit, quae meae sententiae faveant.

Interponimus enim saepe mediis orationibus tales formulas quales in complexione usurpantur, sicut: »— so sprach er —« (Gudrunlied); »— so sagte die Alte und sprach sie zufrieden —« (in fabulis, quas collegerunt fratres Grimm); »— dies war sein warnungsvolles Wort —« (Schiller, d. verschl. Bild zu Sais); »— so rufet der Alte mit freundlichem Blick —« (Goethe, Balladen) et sim.

Si haec exempla perlustras, facere non potes, quin concedas collocatione immutata formulas, quibus sub finem orationes comprehendi solent, per parenthesin orationi insertas esse.

Cur haec memoravi? Quia eadem ratio iam apud antiquos invenitur. Nempe non apud Homerum neque apud eos, qui diligenter eius vestigia premunt, sed apud recentissimos epicos (e. g. apud Eudociam poetriam) et lyricos et eos, qui prosa oratione scripserunt, desideramus illam perspicuitatem et diligentiam, qua distinguit Homerica ars orationum initium et clausulam a narrationis contextu. Immo oratio orationem excipit interpositis tantum formulis ἔφη, ἦ δ' ὅς, ἔφη ὁ Ἀντισθένης sim.

Restat, ut exemplis allatis muniam id quod affirmavi. Quod cum facio, velim respicias, quam difficilis sit haec res; nam longe plurimis locis interponuntur verba ἔφη vel ἦ.

Argumentum autem meae opinionis non invalidum id ipsum est, quod verbum ἦ, cuius provincia apud omnes poetas ad c o n c l u s i o n e m restricta est, praevalet in sententiis interpositis praeter ἔφη.

Conclusiones autem, in quibus eadem verba comparent, ab his non differunt, nam ipsae quoque iam brevi post carmina Homerica amiserunt illam particulam ὥς, qua statim cognosci et discerni solet complexio. Et haec ipsa praecipue mihi causa fuisse videtur, ut haec verba praeter cetera contextui orationum interponerentur; nam deerat iis illud ὥς, quo distinguitur complexio.

Ubi legitur apud prosaicos scriptores in media oratione *ἦ δ' ὅς*, sive — id, quod clarius est — *ἦ δ' Ἀντισθένης*, sive »— *ἦ δ' ὅς — ὁ Ἀντισθένης* —« manibus teneri potest scriptorem lectori in memoriam revocare velle nomen eius, qui loquitur. Nonne id praecipue conclusionis munus est?

Hic dicat quispiam aliquot locis inveniri alia verba interposita, quae apud Homerum in conclusione non carent particula *ὥς*, sicut *εἶπεν* et verba descriptiva. Sed respicias iam in hymn. Hom. et postea maxime ex Alexandrinorum temporibus iuxta haec quoque verba illud *ὥς* evanuisse.

Accedit aliud: *ὥς* illud, quo apud Homerum paucis locis exceptis s e m p e r inducitur complexio, post eum pedetemptim pronominibus (*ταῦτα, τάδε* sim.; cf. cap. II) locum concessit et eo devenit, ut plane dispareret.

Permagnus igitur interpositionum numerus, in quibus *ὥς* legatur, exspectari non potest. At tamen inveni locos, quibus aperta res est. Conferas versum Pindaricum Isthm. VIII 95:

— — — *παρθενίας — ὥς φάτο Κρονίδαις*
ἐννέποισα θεά — τοὶ δ' ἐπὶ βλεφάροις . . .

Ecce conclusio orationis in interpositionem abiit! Neque minus ex voce *ὥς* conclusionem cognoscis in Eurip. Andr. 929: »*πῶς οὖν τάδε,*« *ὡς εἴποι τις,* »*ἐξημάρτανες;*« sic imprimendum dedit Kirchhoffius in sua editione a. 1867. Sine dubio hoc loco *ὡς* significat »s o«, ita ut accentus ei negari non possit; scribendum est *ὥς*.[1])

Pauca igitur eiusmodi exstare videntur exempla, sed accedunt, ni fallor, alia occultiora; occurrit enim perquirenti comoediae et oratorum opera aliquot locis sententia orationi implicata quae mihi suspicionem movit. Saepe enim legi — ut ex permagno exemplorum numero

---

1) cf. Catulli LV 9, ubi Birtius legit: »Puellae«, sic ipse flagitabam, »Camerium mihi, pessimae puellae!«

paucis me contineam — ὡς λέγουσιν (Cratinus fr. 164 ed. Kock a. 1880) et al.; ὡς ὁ παλαιὸς λόγος (Crat. fr. 169 et al.) ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος (Crat. fr. 228 etc.) ὥς φησιν (Diphilus fr. 66 et al.); pluralem numerum apud Menandrum, apud Aeschylum (fr. 323): ὡς λέγει γέρον γράμμα. Haec sufficiant exempla. Quantum equidem viderim, semper ὡς ab editoribus sine accentu scribitur, i. e. relativa significatio »wie« ei datur. Quod probare non possum. Nonne vides in his sententiis servatam particulam illam ὥς (»so«), quae conclusioni propria est? Nos ipsi in vernaculo sermone interponere solemus: — »so lautet ein alter Spruch« — »so erzählt die Märe«. Denique quae valet in Pindari et Euripidis locis primo allatis, eadem lex etiam in reliquis valeat necesse est. Accentus non magni potest esse momenti, cuius scriptio seris demum temporibus ortum debet. Sed etiamsi negare nequeo paulatim particulae ὥς vim transisse ex »so« in »wie«, tamen ego illud »so«, i. e. conclusionis parenthesin, vetustiorem et genuinam rationem fuisse mihi persuadeo.

In Aristophanis comici fabulis, quibus vitae cottidianae sermonem repraesentari nemo est qui neget, saepe haesitavi, utrum formulas quasdam, quae orationibus succedunt, in conclusionum an inductionum numero haberem.

Ex non exiguo exemplorum numero haec exhibeo: Nub. 1209 legis: — φήσουσι δή μ' οἱ φίλοι, quae sententia cum magna veri specie conclusio nuncupari potest, quod vv. 1204/5 qui illud carmen ludicrum (1206—8) praecedunt, inductionis functionem habent. Idem poeta Vesp. 795 post orationem brevem posuit: ἦ δ' ὅς λέγων, simili modo Eccles. 407: — ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον et 695: — φήσει τις ἄνωθ' ἐξ ὑπερῴου; denique Equ. 669 orationem sequitur participium λέγων. Certe his in exemplis conclusio naturam interpositionis aemulatur.

Sed ut ad finem huius quaestionis perveniam, animum converto in paucos locos, qui mihi memorabiles videntur. Interponit enim Xenophon conviv. IV 3 non solum verbum *ἔφη*, sed etiam *ἅμα εἰσβλέπων ὡς ἐλέγχων αὐτόν*. Similiter Plato re publ. I, 331 D scripsit sub orationis clausulam: *ἦ δ' ὃς γελάσας καὶ ἅμα προσῄει πρὸς τὰ ἱερά*. Dilucide originis suae notam illae sententiae prae se ferunt propter illud *ἅμα*, quod in conclusionibus Xenophonteis et Platonicis tantam frequentiam adeptum est, ut notam iis quasi imprimat.

Sic usque ad hodiernos persecuti sumus id, cuius tantum elementa in carminibus Homericis exstant.

Cap. II.

De pronominum et adverbiorum usu, qui est in orationum inductionibus et conclusionibus.

Plerumque ab Homeridis ad orationes inducendas adhibita sunt aut simplicia verba dicendi aut verba dicendi copulata cum *μῦθος* sive *ἔπος* substantivo, quod non raro ipsum quoque ornatur adiectivo (cf. e. g. *καὶ ὀνειδειον φάτο μῦθον*); interdum etiam ponitur verbum descriptivum. At tamen pauci loci apud Homerum exstant, qui illi legi repugnent. Illae enim orationes, quas poeta non ut re vera habitas refert, immo vero ut a se vel ab interlocutore cogitatione fictas[1]), his formulis inducuntur:

ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν εἰς πλήσιον ἄλλον

sim., quae a ceteris differunt illo adverbio *ὧδε* (semel, P 420: *ὥς*), quod prospicit ad verba, quae sequuntur.

Sed eas praeter nonnulla alia, quae hic omitto, vel propter iterativa iis familiaria *(εἴπεσκε)* vetustissimae Iliadi adiudicare non licet.

---

1) Simplicitatis causa eas infra semper »orationes fictas« nuncupabo.

Pronomina autem velut *οἶτος, ὅδε* sim. in his formulis quae orationem praecedunt desunt.

At plane respuitur haec lex ab iis, qui post Homerum carmina fecerunt.. In hymnis Homericis semel tantum positum est *ὧδε* (in Cer. 459), sed in batrachomyomachia ter exstat pronomen *τοῖος* (74, 92, 271), ex quo elucet — id quod hodie constat — quam inepte illud carmen Homero adscribatur. Apud Pindarum legitur *ὧδε* Pyth. IV 102, 229; Pyth. VIII 43. *οὕτως* Pyth. IV 11; *τόδε* Pyth. IV 86, Nem. X 80 *(τόδε ἔπος)*; denique *τοιοῦτον ἔπος* Isthm. VI 42.

Hesiodus sibi permisit *τόνδε πρὸς μῦθον ἔειπεν*, theog. 24.

In Apoll. Rhod. Arg. libro primo occurrunt *ὥς* 886; *ὧδε* 240/41, 674, 1091, 1289; *τοῖος* 277, 350, 699, 864. Accedunt apud alios *τάδε, τοιάδε, τοιαίδε* sim. Denique apud prosaicos pronomen solum fere regnat.

Sed haec adumbravisse sufficiat; plenius meas observationes alia occasione oblata proponere praestat.

Idem fere valet de iis formulis, quibus orationum clausulae notantur.

Lex est, ut praeter verbum *ἦ* nude positum unum adverbium *ὥς* adhibeatur. Pauci tantum loci excipiendi sunt:
Z 166: *ὣς φάτο, τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσεν.*
M 173: *ὣς ἔφατ', οὐ δὲ*[1]) *Διὸς πεῖθε φρένα ταῦτ' ἀγορεύων,*
qui tamen proprie huc non pertinent, quod pronomen, de quo loquimur, in altera demum sententia adversativa invenitur. Maioris momenti sunt hi:
Π 202: *Ταῦτα μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε.*
ϑ 83 (= 367): *ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός.*
μ 165: *ἦ τοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον.*
μ 389: *ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα Καλυψοῦς ἠυκόμοιο.*

Denique unum versum adscribo, apud quem paululum morari necesse est.

---

1) De scriptura *οὐ δὲ* cf. infra.

B 330 (= *Ξ* 48 et *σ* 271) in Christii editione (a. 1884) sic legitur:

κεῖνος τ ὼ ς ἀγόρευε.

Minus notabile est, quod verbum ἀγορεύειν accuratissime ex *B* 322 repetitum est (cf. etiam cap. XVIII), at illud τὼς iam grammaticis antiquis curas provocavit, neque ad hunc diem constat, quid scribendum sit. Incertum est, utrum Aristarchus praetulerit τὼς an τόσσ', Herodianus et pars codicum habet ϑ' ὥς, aliae membranae δ' ὥς sive τάδε, δή, δέ, τόσ' (sic Monacensis). Ex omnibus unum placet: τόσσ', id quod iam Aristarchus (fortasse) et Bentleius maluerunt. Nam τὼς, quod equidem compertum habeam, nusquam omnino post orationem finitam adhibetur, neque vero quid sibi velit „τε" sive „δὲ" tali loco intellego neque id unquam apud Homerum et epigonos legi. At ubi respexi eos, qui post Homerum carmina fecerunt, complura detexi exempla pronominis τόσσα. Sic iam in hymn. ad Merc. 94: τόσσον; similiter usurpavit Callimachus hymn. VI 65: ἃ μὲν τόσσ' εἰποῖσα. Quibus cognitis, quoniam omnes tres loci *B* 330, *Ξ* 45, *σ* 271 interpolationem olent, non haesito scribere:

κεῖνος τ ό σ σ' ἀγόρευε.

Si horum versuum, qui pronomine notantur, aetatem spectas, omnes recentibus temporibus ortos esse vides.

Addendae sunt formulae:

Αὐτὰρ ἐπεὶ τ ό γ' ἄκουσε . . .
et εἷος ὁ τ α ῦ ϑ' ὥρμαινε . . . . . .

Denique de ea formula, qua Homerus totum diverbium complecti solet:

ὣς οἳ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

proprio capite fusius disputandum est.

Legi respondet simplex adverbium ὥς, ex quo usu loquendi luce clarius apparet, quantopere Homerus id spectaverit, ut solum orationum exordium et clausulam notaret, at nusquam, q u i d in oratione insit. Hoc com-

probatur eo, quod verbum λέγειν praeter paucas interpolationes (cf. cap. XIX) in carminibus Homericis ad orationes inducendas et comprehendendas locum nusquam habet; at apud posteriores et praecipue apud prosaicos, qui adhibitis pronominibus semper id indicare spectant, quod oratione continetur, λέγειν verbum solum fere admittitur et eo perventum est, ut stirpem φα- omnino expelleret.

Iam vero paucis adumbrandum est, quantopere recentiores mutaverint usum Homericum.

Ex hymn. Hom. iam supra citavi in Merc. 94: τόσσον φάς.[1]) Accedit in eodem carmine (in Merc.) 313/14: αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ ἕκαστα . . . ἐρέεινον. In batrach. 99, 122 legitur: ταῦτ' εἰπὼν et ibidem 56: πρὸς τάδε, quo confirmatur id, quod iam inter omnes constat, hoc carmen sero demum ortum esse; nam pronomen οὗτος eiusmodi locis inter poetas, qui res gestas narrant, non conceditur nisi a Pindaro, Callimacho, Theocrito; ὅδε non ante Alexandrinorum tempus admittitur.

Pindarus ponit Ol. XIII 71 pronomen τόσα; Pyth. IV 93/94 et Pyth. VIII 55/56 τοιαῦτα; Isthm. VI 49/50 ταῦτα. Pronomen τοῖος Apoll. Rhod. ter adhibuit, Musaeus bis, Nonnus Dionys. lib. I—X 12iens. Timotheus novum pronomen τοιάδε induxit, Callimachus ὧδε (IV 274).

Adverbium ὥς in conclusione apud poetas epicos semper suum locum obtinuisse videtur, at apud scaenicos poetas et prosaicos plane evanuit et pronominibus cessit.

Haec attigisse me contineo. In Homeri igitur partibus noviciis iam posita est radix eius consuetudinis, quae postea ad summam frequentiam accrevit.

---

1) τόσσος in concl. non exstat nisi apud Pindarum, Bacchylidem, Callimachum, Theocritum. Ex quo fortasse nonnulla de aetate illius hymni concludi possunt. Ceterum participium φάς analogia caret.

Cap. III.

De complexionis formula
ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

Si duo vel plures collocuti sunt, Homerus in fine diverbii interdum adhibet formulam:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,

quam vetustissimae Iliadi abiudicandam esse contendo.

Levius est, quod eiusmodi dictionem non recte ad simplicem artem narrandi quadrare sentio et quod observari potest interpolatores hanc sane elegantem formulam saepe adhibuisse, ut eos versus, quos ipsi infixerant, cum sequenti narratione concinnarent. Longum est totum exemplorum numerum exhaurire, sed videas pro multis exemplis unum: Libri *E* versus 259—273 valde suspecti sunt, sequitur autem *E* 274 ea quam tractamus formula. Itaque mihi veri simillimum videtur *E* 274 ab eo, qui fecit *E* 259—273, adhibitum esse, ut hunc pannum narrationi insueret.

Neque aliter manifesto res se habet de illo uno loco *Π* 101, quem Rob. vetustissimae Iliadi adnumerat (pg. 330).[1]) *Π* 93—100 Rob. ipse eiecit ut novicios, quibus etiam formulam *Π* 101 adnumerari debuisse mihi constat. Totam illam Patrocleae partem ab interpolatore ionico funditus mutatam esse Rob. pg. 94 seq. et 424 seq. ipse concessit.

Accedit quod ceteri loci, ubi legimus formulam, de qua agitur, omnes novicii sunt. Exstant autem septem in Iliade, at sedecim in Odyssea.[2]) Vides, quantopere auctum

---

1) Quod Rob. pg. 95 scribit: ». . . für die (scil. Ilias vetustissima) wir also bis jetzt folgende Verse dieses Buches gewonnen haben: . . 80—92 mit dem Zenodotischen Vers, 109—130 . . .« ille numerus 109 typographi errori deberi videtur. An titubavit Rob. ipse?

2) Similis est hymn. in Merc. 182/83:

ὣς οἱ μὲν ῥ' ἐπέεσσι πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον
υἱός τ' αἰγιόχοιο Διὸς καὶ πότνια Μαῖα.

sit illud genus dicendi, neque desiit crescere apud epigonos.

Gravissimum vero argumentum in formula ipsa positum est. Nam verbum ἀγορεύειν recentiori demum aetati vindicari posse infra in cap. XVIII exponemus, magis vero alienum est pronomen τοιαῦτα, quod in complexionibus apud Homerum alibi ignotum est, at invenitur bis apud Pindarum, deinde apud tragicos (Aeschyl. 5iens, Soph. 8iens, Eurip. nusquam). Denique tritum est apud prosaicos (Thucydides 30iens).

Haec de pronomine τοιαῦτα. Sed magis legem frangit, quod iuxta illud τοιαῦτα insuper retinet poeta adverbium ὥς. Indicat igitur ille primum adverbio ὥς solita ratione facta esse verba, deinde pronomine τοιαῦτα addit insuper, quid dictum sit, id quod analogiam apud Homerum nusquam habet.

Ceterum si contra meam opinionem tamen haec formula Homero antiquiori debebatur, manifesto ex ea ille pronominum in conclusionibus usus fluxit, quem recentiorum poetarum proprium esse exposuimus.

Cap. IV.

De conclusione complurium orationum.

Formula ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον praeter alia, quae in antecedente capite enumeravimus, eo quoque notabilis est, quod poeta complurium orationum summam complectitur, qui usus repugnat legi Homericae, quam pg. 9 statuimus. Non solum prodit haec ratio qua complures orationes in unum quasi fascem consarcinantur artem narrandi politiorem et ornatiorem, sed etiam ceteri versus, qui eandem functionem habent, ipsi compluribus indiciis seram originem indicant. Agitur autem de duodecim fere locis: *A* 304 seq.; *E* 239; *Z* 232; *K* 254, 295,

349; *Α* 136 seq. (= *Χ* 90); *Φ* 298; *Ω* 141/42; σ 32 seq. ω 361.

De quorum aetate dubitatio non exstat praeter unum *Α* 304/5: ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχησαμένω ἐπέεσσιν
ἀνστήτην, λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
quem Rob. inter vetustissimos numerat. At mihi non solum totus finis libri *Α* nonnullis de causis recentiori aetati tribuendus esse videtur, sed etiam formula ipsa (*Α* 304/5) valde abhorret a regulis, quae in antiquissimis carminibus Homericis regnant. Nam etiamsi propter dualem numerum mutatio quaedam formularum postulabatur, tamen non evanescere debebant leges totius dictionis! Conferas hanc sententiam ornatam et uberam (*Α* 304/5) cum simplicitate formulae ὣς ἔφατ' sim.! Apparet praeter illud studium comprehendendi complures orationes etiam aliud, quo inferiores funditus ab Homero differunt: taedet eos simplicitatis et brequiloquentiae illarum formularum, quare omnino id agunt, ut iis colorem varium et ornatum quendam praebeant. Exempla cumulare vix necessarium erit (cf. e. g. Qu. Smyrn. III 574, 781/82; IV 533 etc.)

Neque minus nimia libertate dicendi offendunt ceterae formulae quas citavi, *Α* 136 (= *Χ* 90):

ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα
μειλιχίοις ἐπέεσσιν, ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν.

Utriusque loci sera origo satis constat (cf. Rob. pg. 160). Sine dubio *Χ* 90:

ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην φίλον υἱόν
πολλὰ λισσομένω · . . .

ad similitudinem loci *Α* 136/7 factus est. Nam alibi verbum προσαυδάω non nisi in inductionibus legitur. Saepius eiusmodi confusionem inductionis et conclusionis apud recentiores observabimus. Offendit loco *Α* 136 etiam appositio abundans et insolita: βασιλῆα et μειλιχίοισι ἔπεσσιν. Rob. pg. 160 recte iudicat: »Von *Α* 101 ab — scil. usque

ad *Λ* 154 — sind die Verse sämtlich jonisch.« Alio loco *E* 239:

ὣς ἄρα φωνήσαντες, ἐς ἅρματα ποικίλα βάντες,

formula frequens ὣς ἄρα φωνήσας in pluralem numerum translata est, id quod alicubi plane ignotum est; dualis numerus exhibetur his locis (serae aetatis): *Z* 232; *K* 349; *ω* 361: ὣς ἄρα φωνήσαντε.[1]) Ceterum *E* 239 cum uno loco *Z* 232 asyndeton commune habet, quo adicitur alterum participium:

φωνήσαντες | βάντες
φωνήσαντε | βάντε

Porro vix casu factum est, quod tres loci in Dolonia comparent. *K* 254: ὣς εἰπόνθ' . . . . ἐδύτην similis est loco *Φ* 298:

τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην.

(ad quem plura adnotanda erunt in altera dissertationis parte).

Aliud crimen est, quod Ulixis preces *K* 278—282 poeta propria formula complecti supersedens post Diomedis demum precationem (*K* 283—294) comprehendit formula ipsa quoque inusitata *K* 295: ὣς ἔφαν εὐχόμενοι, quam composuit transponens formulam vulgarem ὣς ἔφατ' εὐχόμενος in pluralem numerum; ex quo iterum aperitur, quam propensi fuerint epigoni poetae ad complures orationes una consummatione complectendas.

K 349: ὣς ἄρα φωνήσαντε ad versuum *K* 254 et *K* 295, quos supra notavi, seriem pertinet. Accedit *ω* 361.

Restant duo loci manifesto adiecticii:

Ω 141/42:

ὣς οἵ γ' ἐν νηῶν ἀγύρει μήτηρ τε καὶ υἱὸς
πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον,

qua sententia luculenter epigonorum consuetudo dicendi repraesentatur.

---

1) Quod etiam *E* 239 scribunt codd. dett.

Amplificavit enim auctor formulam stabilem:

ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

adiciens:

1) quo loco habitum sit diverbium *(ἐν νηῶν ἀγύρει)*. cf. Ap. Rhod. I 260 etc.
2) ad pronomen *οἱ* subiectum: *μήτηρ τε καὶ υἱός*.
3) pro usitato pronomine *τοιαῦτα* ponitur *πολλά*, quamquam utraque persona unam tantum oratiunculam habuit.
4) transponitur illud *ἔπεα πτερόεντα* ex inductionibus.

Similis est σ 32/33:

ὣς οἱ μὲν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων
οὐδοῦ ἐπὶ ξεστοῦ πανθυμαδὸν ὀκριόωντο,

ubi interpolator more novissimorum poetarum non dicit, quid d i x e r i n t interlocutores, immo vero, quid f e c e r i n t.

Haec hactenus. Apparere confido illam quam exposuimus rationem dicendi recentiori demum arti epicae originem debere.

Cap. V.

De formulis *ὣς ἔφασαν, ὣς φάσαν, ὣς (ἄρ') ἔφαν, ὣς φάν.*

Legi respondet poeta, ubi unam tantum personam loquentem facit. Egi supra (cap. II) de eis »fictis« orationibus, quas auctor comprehendit formulis sicut *ὣς ἄρα τις εἴπεσκε*; inter quas inveniuntur etiam nonnullae, ubi auctor complures personas loquentes inducit — accedunt nonnullae aliae non »fictae« —, quas summare solet poeta numero plurali aoristi activi: *ὣς ἔφασαν, ὣς φάσαν, ὣς (ἄρ') ἔφαν, ὣς φάν.*

Ex iis recenti origini attribuuntur eae, quae formulas augmento carentes *ὣς φάσαν* et *ὣς φάν* exhibent; inveniuntur enim his locis: *ὣς φάσαν* *Β* 278 (episodium de

Thersite!), qui versus etiam propterea vulgari dictioni repugnat, quod additur subiectum ἡ πληθύς. Praeterea ι 500;[1]) μ 192; φ 366 (loci partim insiticii).

ὣς φάν exstat non nisi in Odyssea: β 337 et η 343.

Restat ut agamus de formulis ὣς (ἄρ') ἔφαν et ὣς ἔφασαν.

Omnes versus, in quibus admittitur ὣς (ἄρ') ἔφαν, ita se habent, ut de earum sera aetate vix quisquam inveniatur qui litiget. Bis eam adhibuit libri Γ interpolator

Γ 161: ὣς ἄρ' ἔφαν, Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ

Γ 324: ὣς ἄρ' ἔφαν, πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ

Porro exstat:

Η 181: ὣς ἄρ' ἔφαν, πάλλεν δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,

Η 206: ὣς ἄρ' ἔφαν, Αἴας δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ.

(cf. Rob. pg. 169 seqq.)

Saepius admittitur in Odyssea:

ι 413 (i. e. in carmine de Polyphemo; adicitur partic. ἀπιόντες).

ρ 488 (= φ 404) (versus valde suspecti)

σ 75 et 117 (Ulixis cum Iro pugilatio).

Idem ἔφαν omissa particula ἄρα sibi concessit idem libri Γ interpolator in v. Γ 302 (Rob. pg. 207) post orationem »fictam«:

ὣς ἔφαν, οὐδ' ἄρα πώ σφιν ἐπεκραίαινε Κρονίων

id quod analogias habet in locis, qui ipsi aetatem suam indicant:

Κ 295: adicitur participium εὐχόμενοι (cf. etiam cap. VI); in Odyssea:

---

1) Dubium est, quid κ 67 ponendum sit, nempe altera pars librorum manu scriptorum praebet ἔφαν, altera φάσαν. Titubant viri docti, quid praeferendum sit, quod utraque lectio quadrat in sensum et suas analogias habet. Ego praecedente Ludwichio scribam ὣς ἔφαν, quod etiam κ 422 et 475 ponitur et poetae familiare fuisse videtur. At tamen ad certum finem haec quaestio vix deduci potest.

κ 422, 475 (narratio de rebes in Circes insula gestis), hymn. in Cer. 118.

Altera forma ὥς ἔφασαν bis tantum comparet:

κ 46: ὥς ἔφασαν, βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων

υ 384: ὥς ἔφασαν μνηστῆρες (Theoclymenus vaticinatur exitium).

Denique monendum est eiusmodi formulas praeter Homerum apud solum Hesiodum et Apoll. Rhodium inveniri, ita ut mihi veri simile videatur eas omnino non ante Hesiodi aetatem exstitisse.

Cap. VI.

De participiis ad ὥς ἔφατ' et ad ὥς φάτο adiectis.

Regnant in conclusionibus apud Homerum mera verba dicendi et inter ea praecipue formula ὥς ἔφατ'. Ad eam Homerus unum tantum participium εὐχόμενος adposuit, quod non raro in Iliade — etiam paucis locis, quos vetustissimae Iliadi abdicare non licet — usurpatur, at semel tantum in Odyssea. Ceterum εὔχεσθαι his locis partim notione implorandi partim gloriandi notione praeditum est.[1])

Huic simplicitati contraria est nimirum variatio quae regnat apud recentiores, qui etiam alia participia adicere solent, quarum quidem multitudinem hic enumerare longum est.

Hactenus ὥς ἔφατ'. Multo maturius vis formulae ὥς φάτο — 136ien exstat apud Hom. — usu hebetata esse videtur; nam magna est variatio participiorum, quae cum formula ὥς φάτο copulentur. Occurrunt autem apud Hom. δάκρυ χέων Α 357 (cf. pg. 72), ω 438; νεικείων Β 243

1) Sed hoc alterum non nisi inde a libro Λ.

(epis. de Thersite, recc.). ἐποτρύνων *M* 441 (tichomachia), *Υ* 364, 373; λισσόμενος *Π* 46 (v. mihi valde susp., quamquam Rob. pg. 329 eum inter genuinos numerat; ἀπειλήσας *Φ* 161; *Ψ* 184; χωόμενος *β* 80; πειράζων *ι* 281; θαρσύνων *π* 448; οἰόμενος *χ* 210.

Reputans illorum locorum aetatem hanc consuetudinem dicendi ionicae demum arti originem debere contendo.

Post Homerum mihi obvia facta sunt haec participia cum ὣς φάτο copulata:

Hymn. in Apoll. 370: ἐπευχόμενος; ὀδυρομένη in Cer. 251; λισσομένη in Cer. 325; apud Ap. Rhod. legi: πειρώμενος II 638; βεβολημένος III 432; κυδαίνων III 1008; καταψήχων III 1102; ἀναζείουσα IX 309; λισσομένη IV 1053; denique admisit IV 1277 adiectivum δακρυόεις. Qu. Smyrnaeus duo tantum participia adiecit κωκύουσα X 385; μητιόωσα III 655. Vides participiorum frequentiam gradatim decrescere apud posteriores; hoc explicatur eo, quod verba simplicia dicendi post Homerum magis magisque cesserunt verbis descriptivis, quorum vim quodammodo ipsa verba dicendi addito participio firmata assecuta erant.

Cap. VII.

De formula non decurtata ὣς ἔφατο.

Ex omnibus formulis, quibus per Homeridas comprehenduntur orationes directae, frequentissima est illa ὣς ἔφατ', quae 256iens numeratur; semper decurtatur exceptis undecim locis, qui omnes in Iliade exstant. Iam videamus, cui aetati tribuenda sit forma non decurtata ὣς ἔφατο.

Semel exstat in episodio de Sarpedone, *Π* 548, de cuius recenti origine conf. Rob. pg. 100.

Restant decem loci, qui — excepto uno *Τ* 112, de quo infra — eundem colorem offerunt et manifesto ex eadem fabrica processerunt; semper enim sequitur participium

κλαίων (κλαίουσα); agitur autem de *Τ* 301, 338; *Χ* 429, 437, 515; *Ω* 746, 760, 776. Excipiendus est unus versus *Υ* 31: *ὣς ἔφατο Κρονίδης*, qui exstat in theomachia, i. e. in interpolatione sera.

Denique *Τ* 112:

ὣς ἔφατο. Ζεὺς δ' οὔ τι δολοφρονέων ἐνόησεν

ne cum ceteris quidem congruit propterea, quod alibi semper muta cum liquida neque vero unquam subiectum insequentis sententiae post *ὣς ἔφατο* sequitur. Ceterum *Τ* 112 est in eo carmine, quod dicitur *Μήνιδος ἀπόρρησις*. Rob. pg. 547/48 id additamentum recentissimum esse exposuit.

Sufficiant haec. Liquido constat illam formam non decurtatam *ὣς ἔφατο* novissimis demum artis Homericae temporibus admissam esse.

Cap. VIII.

De verbis descriptivis, quae in complexionibus apud Homerum adhibentur.

A participiis ad formulas *ὣς ἔφατ'*, *ὣς ἔφατο*, *ὣς φάτο* adiectis traducimur ad tractationem earum clausularum, quibus verbum descriptivum inest. Nam interdum Homeridae simplici verbo dicendi non contenti conclusiones inductionibus similes fecerunt. Sed iam hic praemoneo recentiores tantum poetas id sibi permisisse.

Nonnullis locis id operam dant poetae Homerici, ut loquentis vocem quo orationem pronuntiaverit, quasi praesentis audiamus; huc pertinet:

Α 304: *ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχησαμένω ἐπέεσσιν*[1])
(Rob. »Ur-Il. v. 262; cf. pg. 71 contra Rob.).

Η 161: *ὣς νείκεσσ' ὁ γέρων* (recc. Rob. pg. 169).

---

1) Quod imitatur Ap. Rhod. III 1146:
ὣς τώ γ' ἀλλήλων ἐπέεσσιν πείρηθεν.

Compluribus de causis etiam hi loci suspecti sunt: *Λ* 136/37 (= *X* 90):

ὥς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα . . .

et *Φ* 97/98:

ὥς ἄρα μιν Πριάμοιο προσηύδα φαίδιμος υἱὸς
λισσόμενος ἐπέεσσιν.

Plane dissentiunt a vulgari usu Homerico duo Odysseae loci
γ 62: *ὥς ἄρ' ἔπειτ' ἠρᾶτο καὶ αὐτὴ πάντα τελεύτα,*
ubi etiam adverbium *ἔπειτα* singulariter dictum est (cf. pg. 12)
et *σ* 32/33:

ὥς οἳ μὲν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων
οὐδοῦ ἐπὶ ξεστοῦ πανθυμαδὸν ὀκριόωντο

(i. e. verbis certabant, litigabant).

Addenda sunt cogitandi verba, quae inveniuntur in his formulis: *ὥς ὥρμαινε μένων,* quod legitur recentissimis locis *Φ* 64 et *X* 131, et *ὥς ἄρα οἱ φρονέοντι* *ε* 474, quae formula alibi in media narratione (cf. e. g. *ζ* 145/6) exstat, sed poeta sibi libertatem assumpsit, ut eam sub orationis clausulam collocaret.

Accedit una formula, quae contra usum sententia secundaria exhibetur:

εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν

Λ 411; *P* 106; *Σ* 15; *ε* 365, 424 et al.

Frequentiora exstant verba imperandi et implorandi, id quod non mirum videtur, quoniam orationes quibus supplicatio vel mandatum continetur, magnas partes agunt in carminibus Homericis.

Verba imperandi inveniuntur
I 259 (= *Λ* 790): *ὥς ἐπέτελλ' ὁ γέρων* (uterque lo. recc.)
M 277 (v. valde susp.):

ὥς τώ γε προβοῶντε μάχην ὤτρυνον Ἀχαιῶν.

N 125 (recc.): ὥς ῥα κελευτιόων ὦρσεν —
B 206 et *Δ* 256 (vv. manifesto novicii):

ὣς ὅ γε κοιρανέων δίεπε στρατόν.

Ex verbis precandi nullum praeter participium εὐχόμενος ab Homero admittitur; nam infra suo loco demonstrabitur versum *Z* 311:

ὣς ἔφατ' εὐχομένη, ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,

qui positus est inter orationis finem et formulam

ὣς αἱ μέν ῥ' εὔχοντο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,

non excludendum esse.

Denique in Odyssea singularis est illa formula fortasse ex inductione translata

νῶι μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβόμεθα,

quae ter in Necyia, i. e. in carmine recentissimo legitur et propterea quoque notabilis est, quod pronomen primum locum obtinet et quod verba respondendi apud prosaicos demum in complexionibus usurpata sunt.

Denique de nonnullis locis, ubi omnino deest conclusio, in altera huius dissertationis parte disputabitur. Sed haec hactenus.

Ii versus Homerici, quos supra citavi, iam accurate recentiorum indolem praebent, apud quos in conclusionibus verborum descriptivorum frequentia aequiperat mera verba dicendi. Ex copia exemplorum pauca desumo, quae exstant apud Ap. Rhodium et apud scriptores eroticos, qui ad summam audaciam processerunt. Cf. Ap. Rhod. Arg. I 492: χώετ' ἐνιπτάζων.
II 813: ὣς τότε μὲν δαῖτ' ἀμφὶ πανήμεροι ἑψιόωντο.
II 1229: ὣς οἵ γ' ἀλλήλοισιν ἀμοιβαδὸν ἠγορόωντο.
III 471: ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἐόλητο νόον μελεδήμασι κούρη.
IV 1027: τοῖα γουνάζετο δάκρυ χέουσα.
IV 1744: τῶν ἄρ' ἐπὶ μνῆστιν κραδίῃ βάλεν.

Maiorem libertatem, quae vix superatur a nostratibus, sibi concesserunt scriptores erotici, qui utuntur verbis φιλοσοφεῖν (Achill. Tat. *A* XII 1); κωκύειν (ibid. *A* XII 1);

διαλέγεσθαι (ibid. *B* VI 1); *θρηνεῖν* (ibid. *Γ* XI 1); *παίζειν* (ibid. *E* XIV 4).

Apud Theodorum legi: *ἀποιμώζειν* (*Δ* 132); *στένειν* (*Δ* 270); *ἀντιτραγῳδεῖν* (*Δ* 276); *ὠνειρώττειν* (*Γ* 43); *ἀσχολεῖσθαι λόγοις* (*Δ* 209/10).

Denique ut videas, quam amplas et uberas complexiones illi sibi finxerint, addo ex Nicetae fab. de Dros. et Char. initium libri *E*:

τοιαῦτα πολλὰ καὶ τοσαῦτα καὶ τόσα
ὑπετραγῳδει καθ' ἑαυτὸν ἠρέμα.

Supra invenimus apud Ap. Rhod. IV 1027 in conclusione verbum *γουνάζεσθαι*, quod proprie significat »alicuius genua amplecti«; mero igitur verbo demonstrandi oratio dir. terminatur. Num eiusmodi dictio iam apud Homerum occurrit? Occurrit sane! Nam non quidem post orationem, sed ante eam nonnulli recentium Homeridarum mera verba demonstrandi posuerunt.

Sic Doloniae auctor dixit

K 476: *τὸν δ' Ὀδυσεύς . . . Διομήδεϊ δεῖξεν*

(nos eadem ratione dicimus »weisen«). Similiter in versu novicio *M* 342 legimus

αἶψα δ' ἐπ' Αἴαντε προΐει κήρυκα

(*κῆρυξ* fere verti potest »Nachricht«; cf. Latinorum »nuntius« = »Bote« et »Botschaft«).

Accedit *Ω* 143:

Ἶριν δ' ὤτρυνε Κρονίδης εἰς Ἴλιον ἱρήν

et *o* 424:

ἡ δὲ μάλ' αὐτίκα πατρὸς ἐπέφραδεν ὑψερεφὲς δῶ,

i. e. monstravit patris domum.

Cui hodiernorum dictio — praecipue eorum, qui fabulas Romanenses scribunt — familiaris est, ei statim exempla sescenta eiusmodi breviloquentiae ad manum erunt, ubi nostrates talibus verbis sicut »zeigen«, »weisen«, »schicken«, »winken«, quae proprie actionem et motum loquentis exprimunt, ipsas orationes inducunt, concludunt

aut illas sententias orationibus interponunt (»winkte er« etc.). Sed enim talia iam in fabulis eroticis antiquis leguntur. Sic inveni *θρηνεῖν* (Achill. Tat. *Γ* XI 1); *καταθρηνεῖν* (ibid. *E* VIII 1); *παίζειν* (ibid. *E* XIV 4); *στένειν* (Theod. *A* 212); *δακρύειν* (ibid. *Z* 161); *μελίζειν* (Nicet. *Γ* 1); *προσπαίζειν* (ibid. *Γ* 255); *ῥαψῳδεῖν* (ibid. *E* 194); *συστενάζειν* (ibid. *E* 279); *προσωμιλεῖν* (ibid. *H* 131) sim.

Sed hic finem facio, quod similia iam in cap. I copiose exposuimus.

Cap. IX.

De iis versibus, qui conclusionem et inductionem in se coniungunt.

Nunc agendum est de alio genere dicendi, quod mihi recentibus demum partibus familiare esse videtur.

Antiquitus in usu fuerunt formulae

τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ...

τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ... sim.

in quibus ea lex valet, ut statim oratione confecta procedat narratio ad insequentia; sed inveniuntur etiam formulae, quae — ut imagine utar — ancipites sunt, nam compressa est summatio prioris orationis cum inductione subsequentis orationis in unum versum, ita ut legamus

Γ 161: *ὣς ἄρ' ἔφαν. Πρίαμος δὲ* ... *καλέσσατο*

Γ 181: *ὣς φάτο, τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο φώνησέν τε.*

Accedunt sex alii, de quorum recenti origine dubitari non potest: *K* 328; *Ξ* 270[1]); *Π* 626; *P* 33; *Ω* 200, 424.

Ut hanc quaestionem statim absolvam, adicio Odysseae locos, quorum frequentia demonstratur, quantopere increverit hic usus: *δ* 375, 382, 394, 398, 464, 471 (6^{iens}); *ι* 272, 281, 506, 522; *κ* 67 *(φάσαν),* 270, 336, 382, 422 *(ἔφαν),* 487, 503 (7^{iens}); *λ* 59, 79, 138, 145, 163, 180,

1) Respicias hunc versum adeo tripertitum esse. Qua de re infra!

215, 404, 435, 440, 462, 477, 487, 504 (14[iens]); μ 111, 115; ρ 374; φ 175; ω 513.

Liceat mihi etiam plures formulas quae similitudinem habeant proponere, nam nonnulli poetae novi simili audacia etiam participium *ὣς εἰπών* cum insequentis orationis inductione in unum versum contraxerunt. Cf. Θ 184:

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο φώνησέν τε.

Idem legitur *P* 183 (Rob. pg. 426); *P* 507 (Rob. pg. 427); ψ 442.

Quid mirum epigonos eadem ratione etiam formulam *ἦ (ῥα) καί* tractavisse! Id accedit ter in Iliade: Δ 192 (Rob. pg. 209/10):

ἦ καὶ Ταλθύβιον θεῖον κήρυκα προσηύδα,

bis in libro *Y*: 353 et 428.

Duplicem exemplorum numerum collegi ex Odyssea: ε 28; ζ 198; ο 539; ρ 396; σ 356 (respicias *ἅμα!*); τ 96; denique υ 197/98 haec formula duos versus amplectitur.

Accedunt formulae aliae duae quibus Odysseae dictio ab Iliade differt; nam τ 361/62 quattuor sententiae consarcinantur

ὣς ἄρ' ἔφη — γρηῢς δὲ κατέσχετο χερσὶ πρόσωπα —
— δάκρυα δ' ἔκβαλε θερμά — ἔπος δ' ὀλοφυδνὸν ἔειπεν.

Paulo simplicior res est ψ 181/82:

ὣς ἄρ' ἔφη πόσιος πειρωμένη. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ὀχθήσας ἄλοχον προσεφώνεεν κεδνὰ ἰδυῖαν.

Denique ne illa quidem sententia, qua complures orationes summatur: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* tuta remansit a studio novandi; sequitur enim θ 334 illico

Ἑρμῆν δὲ προσέειπεν . . .

et σ 244: *Εὐρύμαχος δ' ἐπέεσσι προσηύδα . . .*

Et haec quidem dedi, quod ea necessaria puto ad carminum Homericorum aetatem distinguendam.

Egimus adhuc de formulis quae conclusionem et inductionem in se coniungunt; sed etiam tales inveniuntur

versus, ubi primo obtutu tres partes distinguuntur; continent enim

1) conclusionem ipsam,
2) id, quod ex praecedente oratione consequitur,
3) inductionem proximae orationis.

In Iliade id invenitur quinque locis *Ξ* 270:

ὥς φάτο — χήρατο δ' Ὕπνος — ἀμειβόμενος δὲ προσηύδα.

cf. etiam *P* 33; *Y* 353; *Ω* 200, 424.

Hoc genus dicendi recens esse quod statuo, id confirmatur mihi examinanti Odysseam, in qua viginti quinque circiter eiusmodi loci numerantur (quamquam plerumque ultra unius versus fines excedunt). Delibo ex numero exemplorum pauca haec: *β* 361/62; *δ* 609/10; *ε* 116/17; *η* 329/30.[1])

Adhuc de iis formulis disputavimus, quibus conclusio et inductio comprehenduntur.

At etiam ex meris conclusionibus nonnullae eandem tripartitionem offerunt.

E 352: *ὥς ἔφαθ', ἣ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς.*

cf. *E* 533; *K* 332, 372; *O* 442; *Φ* 423; *X* 224; *Ψ* 12; *Ω* 247, 358, 571, 689 (quater); *δ* 37, 758; *ε* 451; *ζ* 223; *ϑ* 499; *λ* 563; *π* 46; *ϱ* 541; *φ* 431; *ω* 545.

Cap. X.

De formula *ὣς ἄϱ' ἔφη*.

Exstat formula *ὣς ἄϱ' ἔφη* in Iliade 6iens: *A* 584; *B* 265; *E* 111, 607; *Φ* 136, 502. In Odyssea 13iens; *β* 377; *ϑ* 482; *ϱ* 409, 462; *σ* 185; *τ* 361, 386, 503; *υ* 120; *χ* 433, 465; *ψ* 181; *ω* 397.

Tales versus in Iliade vetustissima quam statuit C. Robert omnino desunt.

1) Hoc ultimo loco sicut *τ* 361/62 quattuor partes exstant.

Ceterum cf.

ad *Α* 584 Rob. pg. 216.
» *Β* 265 » » 559 (Ilias IV)
Ε 111 et 607 : *Διομήδους ἀριστεία*!
ad *Φ* 136 cf. Rob. pg. 228
» *Φ* 502 » » » 233 (*θεομαχία*!)

Quae cum ita sint, recentioribus demum Homeridis vindicare licet hanc formulam. Neque desinit crescere eius frequentia apud epigonos. Invenitur autem: hymn. in Apoll. 83; hymn. in Cer. 59; batrach. 177, 197, 285; apud Ap. Rhod. 17[iens], apud Callimachum hymn. in Del. 99; in Moschi carminibus V 56 et XX 14, apud Qu. Smyrnaeum 18[iens].

Ad hanc formulam Hom. et Apollonius Rhod. subiectum nusquam addunt, at hymn. in Cer. auctor neglexit illam legem in v. 59, item batrach. poeta 177 et 277, ex quo elucet — id quod constat — illa poemata post Homeri demum tempus facta esse.

Praeter hanc formulam in eas quas tractamus formulas *ἔφη* non admissum est in arte epica exceptis his versibus: Callim. IV 249: *ἤ μὲν ἔφη*; ibid V 82: *ἅ μὲν ἔφα*. Similiter posuit Tryphiodorus *ἅλ. Ἰλίου* 417: *ἤ μὲν ἔφη*.

Saepius forma *ἔφη* a scriptoribus eroticis orationi nude postponitur. Sic legi Theod. de Rod. et Dos. *Η* 361: *ἔφη Ῥοδάνθη*; Nic. fab. de Dros. et Char. *Ε* 127/28: *ἔφη Δρόσιλλα*, id quod apud prosaicos et lyricos vulgare est. Sic fieri potuit, ut forma *ἔφη* sicut *ἦ* apud illos — quin etiam inde ex Alexandrinorum temporibus interdum iam apud epicos — in orationes ipsas per interpositionem invaderet (cf. cap. I extr.).

Nicetas est ubi sibi permiserit formulam *ἔφησε* post orationem (cf. *Ε* 240; *Ζ* 266).

Ab iis, qui post Homerum versu heroico scripserunt, frequentatur forma *φῆ*, quae in carminibus Hom. semel

tantum in interpolatione exstat. Sed de forma φῆ proprio capite disputandum erit.

Cap. XI.

De forma φῆ in conclusione posita.

Per omnia carmina Hom. manifesto observatur ea lex, ut semper et forma ἦ orationi postponatur[1]) et φῆ non nisi praeponatur.

Excipiendus est unus locus Φ 361 (μάχη παραποτάμιος): φῆ πυρὶ καιόμενος, qui non paucas difficultates et curas movet ei, qui observat usum formularum φῆ et ἦ apud Homerum. Quid mirum exstitisse, qui codicum lectionem repudiandam et φῆ in ἦ mutandum esse praepropere confirmarent! Sed ne ea quidem mutatione restituitur concinnitas dictionis, nam etiam si participium additur, tamen alibi semper particula ῥα post ἦ ponitur. Cf. Ξ 475: ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων. Quid subsit, aperitur, si illius formae usum per temporum cursum persequimur; cognoscemus enim illius episodii (μάχη παραποτάμιος) auctorem serae aetati tribuendum esse; nimirum respuitur illa lex in initio proposita ab epigonis; legitur in hymn. in Merc. 212: φῆ ῥ' ὁ γέρων; hymn. in Cer. 145: φῆ ῥα θεά. Apud Hesiodum invenitur theog. 550: φῆ ῥα δολοφρονέων, quin etiam Ap. Rhod. legem sequitur Homericae plane contrariam: semper enim orationem complectitur forma φῆ, nusquam forma ἦ eumque variationem affectavisse in propatulo est. Videas III 382: φῆ χαλεψάμενος; III 693: φῆ κασιγνήτη; III 718: φῆ ἄρα (hiatus); denique III 154 ponit nudam formam φῆ[2]).

---

1) Excepta scil. formula novicia ὥς ἄρ' ἔφη, de qua cf. cap. X.

2) Fortasse non casu accidit, quod omnia (quattuor) exempla in eodem libro tertio exstant; cf. Christ. hist. litt. Gr.[3] pg. 533.

Cf. etiam Theocr XIX 101: φᾶ καί .. Apud Callimachum φῆ etiam in orationis inductione invenitur; cf. III 29: φῆ δὲ καταῤῥέζων; VI 45:

φᾶ δὲ παραψύχοισα κακὸν καὶ ἀναιδέα φῶτα·

cf. etiam Theocr. I 77 et XVII 65. Denique in praetereundo tango Qu. Smyrnaeum, apud quem II 81 codd. exhibent: φῆ μέγα νεικείων, sed Koechly in editione sua restituit ἦ id quod mea quidem sententia iure fecit; nempe Qu. Sm. alibi sine ulla exceptione utitur forma ἦ cum participio coniuncta: cf. I 198 (= IX 23); I 741; III 128; IV 533; V 521, 612; VI 308; VII 287; VIII 443; XIII 287.

Post eum haec forma φῆ plane remota est ab usu, non solum in arte epica, sed etiam apud prosaicos.

Ultra angustiores huius dissertationis fines nimis excederem, si proponere vellem omnia, quae de conclusionis usu collegi. Itaque me hic restringo ad unum locum Callimacheum V 93, ubi orationis complexionem depravatam esse liquido constat. codd. enim exhibent:

ἁ μὲν ἀμφοτέραισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα.

Iam multi viri docti illi vitio mederi conati sunt; nuper Ud. de Wilamowitz-Moellendorff in sua editione (a. 1897)[1]) coniecturam promulgavit: ἄγε μὲν . . ., sed non vidit opus esse verbo dicendi, quod comprehendat verba praecedentia. Rectius id intellexerant iam Heckerus (ἁ δ' ἔνεπ', —) et Meinekius (φᾶ μὲν, ἅμα . . .); denique Passowius ἦ καὶ ἀμφοτέραισι . . . Haec ultima correctura mihi ita arridet, ut eam accipiendam esse affirmaverim. Nititur autem analogia versuum Call. IV 153: ἦ καὶ πολλὰ . . . et IV 228: ἦ καὶ ὑπὸ χρύσειον . . ., quibus etiam adducor, ut particulam ῥα inter ἦ et καί omitti posse confidam. Ceterum corruptelam ἁ μὲν ἀμφοτέραισι eo effectam esse, quod conclusio praecedit V 82: ἃ μὲν ἔφα, persuasum habeo.

1) Tertia editio mihi non ad manum est.

Haec hactenus. Deduxerat nos ad hanc disceptationem faciendam Φ 361. Si recolligis ea, quae exposui, quidquam in illo loco Homerico mutandum esse mecum negabis, simul assentieris mihi, si illud libri Φ episodium in novissima artis epicae tempora relego.

Cap. XII.

De usu eorum verborum dicendi, quae a praepositione μετά incipiunt.

Iam in unum conspectum ponendi sunt ii loci, ubi inducitur oratio dir. verbo, cui praepositio μετά praefixa est; ab orationum autem clausulis illa verba plane aliena sunt. Agitur de verbis

μετηύδα, μετεφώνεεν, μετέφη.

Exstat autem μετηύδα in Iliade 11iens: Β 109; Θ 496, Ι 16; Ο 103; Σ 139; Τ 269; Χ 449; Ψ 5, 569; Ω 32, 715. 14iens in Odyssea: α 31; δ 721; ζ 217, 238; ϑ 96; 386, 535; μ 20, 153, 270, 376; ν 36; υ 291; φ 67.

Nullus ex omnibus his versibus in Christii ipsius editione magnis litteris exhibetur excepto uno Β 109, quem iure ex genuina Iliade excludit Rob. pg. 219.

Sed audio te dicentem hoc esse indicium non testimonium. Recte quidem, sed me non errare praeter multa alia comprobatur etiam comparatione ceterorum verborum dicendi, quae a praepositione μετά incipiunt.

Vocis μετεφώνεεν provincia satis angusta est; exhibetur in Iliade ter: Η 384; Ι 52; Σ 323; in Od. 5iens: ϑ 201; κ 67; π 354; σ 35; χ 69.

Quid de aetate horum versuum dici potest? Omnes inter iuniores numerantur.

Denique verbi μετέφη investigavi in Iliade quinque exempla: Α 58; Β 411; Δ 153; Τ 55, 100; in Od. novem: δ 660; ϑ 132; π 363; σ 42, 51, 312; υ 270; φ 140, 274.

Praeter primum locum *Δ* 58 non dubito quin seriori auctori originem debeant.[1]) Num versum unum *Δ* 58 genuinae Iliadis re vera proprium esse credamus? Ego non audeo et provoco ad eos scrupulos, quos mihi venisse pg. 70—71 demonstrabitur.

Si igitur summam facimus, colligendum est voces *μετηύδα, μετεφώνεεν, μετέφη* posterioribus demum carminum Homericorum temporibus in usum venisse.

Cap. XIII.

De voce *προσεφώνεε* (in ind.).

Accuratius examinandum est verbum *προσεφώνεε,* quod non nisi ad or. inducendam adhibetur. Legitur autem — excepta scil. formula *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεε* — 11[iens] in Iliade: *Γ* 389, 413 (additur partic. *χολωσαμένη); Ι* 201; *Δ* 346, 464, 510; *Ρ* 484; *Υ* 428 (add. *ὑπόδρα ἰδών); Φ* 152, 330, 378. In Od. 20[iens]: *δ* 69; *ε* 159; *ϑ* 381; *ο* 194, 539; *π* 56, 221; *σ* 25, 214; *τ* 35; *χ* 163, 355; *ψ* 182 (add. partic. *ὀχϑήσας); ω* 23, 35, 105, 120, 191, 243, 505 (7[iens]!).

Hoc verbum vetustissimae Iliadi plane abiudicare non audeo, praesertim cum duo versus *Δ* 464 et *Ρ* 484 in veteribus Iliadis partibus inveniantur, at tamen ex illa tabula, quam supra adscripsimus, colligi potest, quantopere illa vox *προσεφώνεεν* recentioribus Homeridis cordi fuerit.

Cap. XVI.

De vocis *φωνεῖν* in conclusionibus usu.

Verbum *φωνεῖν* ad inducendas orationes in carminibus Hom. satis frequenter ponitur, neque raro ad orationes

---

1) cf. ad *Β* 411 Rob. pg. 220; ad *Δ* 153 Rob. pg. 209; ad *Τ* 55 et *Τ* 100 Rob. pg. 243.

comprehendendas adhibetur, at una tantum eius forma ὣς ἄρα φωνήσας (φωνήσασ', φωνήσαντε(ς)), quam legi 35iens in Il., 27iens in Od. Indicativus ὣς ἄρ' ἐφώνησεν manifesto sero demum in usum venit, nam invenitur saepe in Odyssea (e. g. β 277; κ 229; ρ 57; τ 29; φ 163, 386; χ 398), at in Iliade duobus tantum locis Κ 465 et Τ 276, qui tam recentes sunt, ut fortasse non longe a vero aberraverim statuens eos ex Odyssea desumptos esse, praesertim cum Τ 276—77 = β 257—58 sit.

Post Homerum omnes, etiam Ap. Rhodius, Qu. Smyrnaeus, Nonnus verbum φωνεῖν post or. dir. plane respuerunt excepto Musaeo, apud quem legi v. 84:

τοῖα μὲν ἠιθέων τις ἐφώνεεν

et apud Colluthum 376:

τοῖα δὲ φωνήσασα προσέννεπε Τυνδαρεώνη

Alibi verbum φωνεῖν in concl. non comparet.

Cap. XV.

De verbo εἰπεῖν.

Iam supra in cap. II mihi inquirenti in pronominum et adverbiorum usum suspectae videbantur illae formulae, quibus inducuntur et terminantur orationes »fictae«: cf. ὧδε δέ τις εἴπεσκε et ὣς ἄρα τις εἴπεσκεν. Ibi me offendebat ipsa verbi forma iterativa, unde ad observandum verbi εἰπεῖν usum processi. Itaque teneas hoc:

Frequens est vox εἰπεῖν in iis sententiis, quibus orationis exordium exhibetur, at in complexionibus receptum non est nisi participium ὣς εἰπών (-ποῦσα, -πόντε, -πόν), contra eius indicativus non invenitur nisi in exemplis supra citatis. At post Homerum magis magisque eius usus auctus et apud Nonnum frequentissimus factus est. Nam Pindarus fingit novam formulam ὣς ἄρ' ἔειπεν (Pyth. IV 156); Callim. I 7 usurpavit nudum verbum εἶπεν (ὁ παῖς);

Theocr. XXII 181 scripsit: *εἶπε;* non miramur, quod eiusmodi formulae plane desunt apud Ap. Rhod. et Qu. Smyrnaeum, qui magis Homero se applicaverunt, at mirabile mihi videtur, quod Ap. Rhod., quamvis studiose Homeri vestigia premat, verbum *εἰπεῖν* solus omnino respuit.

Contra Nonnus, quippe qui novas et varias formulas appetiverit, indicativum verbi *εἰπεῖν* post orationum finem in deliciis habet. Neque contentus simplici verbo dicendi plerumque participium vel saltem substantivum adiecit, ut pleniorem sonum redderet. 20^{iens} indagavi apud Nonnum *εἶπεν;* adiungit autem haec fere participia: *ὁμοκλήσας, ἀγγελλομένη, ἀναβλύζων, ἀπειλέων, παραιφαμένη, γελόωσα, παραπλάζων, παρηγορέων, κοτέουσα* sim. Saepe etiam addit pronomen.

Liceat mihi etiam verba ex stirpe *ἐπ-* et praepositionibus composita obiter perstringere, cum quibus sine dubio quodammodo cohaerent verba *ἐνίπτειν, ἐνίσσειν,* quae, ut in cap. XVI demonstrabitur, in paucis et recentibus tantum formulis quibus orationum initium notatur locum habent; in complexionibus contra plane ignota sunt haec verba Homero, apud epigonos autem sicut et alia in conclusiones invaserunt. Primum exstat apud Pindarum Olymp. I 89 et Nem. X 79 *ὥς ἔννεπεν.* Tum apud Callim. hymn. in Dianam 158. Crebrius est verbum nudum *ἔννεπε* (sine *ὥς*), quod ipsum quoque primum apud Pindarum Olymp. VIII 41 et Isthm. VIII 46 inveni. Bis apud Callim. hymn. in Dian. 86 et hymn. in Del. 205. Multo frequentior factus est usus apud Nonnum, ubi in Dionys. 30^{iens} invenitur, ter in paraphr. Participia ad *ἔννεπε* adiecta numeravi quindecim locis. Haec sufficiant, sed unum quoque notatione dignum puto Ap. Rhodium, qui alias nusquam verbum *εἰπεῖν* admittit, semel (III 367) scripsisse *τοῖα παρέννεπεν Ἄργος.*[1])

1) cf. adnot. ad pg. 43.

Etiamsi haec tantum adumbravi, iam intellegi puto, quo iure conclusiones Homericas, quibus indicativus verbi *εἰπεῖν* inest, suspectas habeam quam maxime.

Cap. XVI.

De verbo *ἐνίπτειν (ἐνίσσειν).*

Quid de aetate vocis *ἐνίπτειν (ἐνίσσειν)* statuendum est? In Iliade legitur

B 245 (= *P* 141): *καί μιν ὑπόδρα ἰδὼν χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ*
Γ 427: ..., *πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ*
Θ 412: ..., *Διὸς δέ σφ' ἔννεπε μῦθον*
O 552: *τὸν ῥ' Ἕκτωρ ἐνένιπε, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν*
Π 626: *ὣς φάτο, τὸν δ' ἐνένιπε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός*
X 497: ..., *καὶ ὀνειδείοισιν ἐνίσσων*
Ψ 473: *τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένιπεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας*
Ω 238: ... *ἔπεσσ' αἰσχροῖσιν ἐνίσσων.*

Conf. ad *B* 245 Rob. pg. 559 (episod. de Thersite)
» » *O* 552 » » 141
» » *Ψ* 473 » » 570
» » *Θ* 412 » » 166
» » *Π* 626 » » 100
» » *X* 497 » » 239 seq.

Iam vero *Ω* 238 adnotationem non desiderat. Nullus ex his locis in vetustissima Iliade legitur, apud recentiores demum Homeridas, quos Ionicos dicunt, manifesto in usum receptum est. Quae cum ita sint, non plaudere possum eis quae Rob. pg. 206 seq. ad *Γ* 427 adnotavit. Nam etiamsi totum illud carmen proprium quod est de Paridis et Menelai certamine ab Iliade vetustissima seclusit, tamen illius retractationis, quam poetae ionico attribuit,[1]) non pauca

1) Rob. pg. 205: »die *Πάριδος καὶ Μενελάου μονομαχία* ist ihrem Kern nach mykenisch. Sie ist aber nicht nur durch Zusätze stark erweitert, sondern auch im einzelnen systematisch jonisiert.«

indicia, quae in ultima libri *Γ* parte (inde a *Γ* 314) exstant, Robertum fugerunt. *Γ* 396—420 ipse eiecit, at *Γ* 427 illi interpolationi addere debebat. Alia eiusdem retractationis clara indicia infra apparebunt.

In Odyssea verbi *ἐνίπτειν (ἐνίσσειν)* deprehenduntur duodecim exempla: *π* 417; *σ* 78, 326; *τ* 65, 90; *υ* 17, 303; *φ* 84, 167, 287; *χ* 212; *ψ* 96.

Omnibus his quos citavi versibus Homericis orationes inducuntur; in complexione verba de quibus agitur nusquam occurrunt, sed crebro apud posteriores poetas, ut supra in cap. XV exposuimus.

Cap. XVII.

De verbo *ἐρεείνειν (ἔρομαι).*

Quaestioni quae fuit de verbo *ἐνίπτειν (ἐνίσσειν)* simillimum est id, quod de verbo *ἐρεείνειν (ἔρομαι)* statuendum est.

Collegi haec exempla ex Iliade:
Α 513: *εἴρετο; Ε* 756 et *Ω* 361: *ἐξείρετο* (Rob. pg. 189); *Υ* 15 (= *ν* 127): *ἐξείρετο βουλήν* (Rob. pg. 574); *Γ* 191 et 225: *ἐρέεινε* (tichoscopia; Rob. pg. 207); *Ι* 672 *(Πρεσβεία)* et *Κ* 543 *(Δολώνεια): ἐξερέεινε; Κ* 81 (= *ρ* 305): *ἐξερεείνετο μύθῳ; Φ* 508 *(θεομαχία): ἀνείρετο ἡδὺ γελάσας.*

Haec reputans miror equidem, quod Rob. pg. 216 *Α* 513 inter vetustissimos numerat et demum inde a *Α* 518 interpolationem ionicam incipere statuit. Mihi etiam aliis de causis quas hic explicare longum est interrogationem Thetidis suspectam esse fateor. Ceterum hoc loco *Α* 513 *εἴρετο* significat »precari«, nam quid Thetis interrogat? Augetur mea suspicio similitudine, qua ille locus *Α* 513 cum tichoscopiae versibus *Γ* 191 et 225 coniungitur. Certe hoc uno versu *Α* 513 meum iudicium, quo hoc verbum *ἐρεείνω* recenti demum arti epicae tribuo, minime turbatur.

Habeas etiam de vocis *ἐρεείνειν* in Odyssea frequentia tabulam.

Exstat *ἐρέεινε*: *δ* 137; *ε* 85/86; *υ* 190.
» *ἀνειρόμενος*: *δ* 461, 631.
» *ἀνείρετο*: *η* 21.
» *εἴρετο*: *ι* 251, 402.
» *ἐξείρετο*: *ν* 127 (= *Υ* 15).
» *ἐρεείνετο μύθῳ*: *ϱ* 305.
» *ἔκ τ' ἐρέοντο*: *κ* 63.

Neque raro hoc verbum posuerunt ii, qui post Homerum carmina fecerunt, ut ante ita post orationes directas.

Casu mihi ad manum sunt hae inductiones:
hymn. in Apoll. 50: *ἀνειρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα*
ibid. 525: *τὸν καὶ ἀνειρόμενος . . . ἀντίον ηὔδα*
h. in Merc. 404: . . . *τάχα δ' εἴρετο κύδιμον Ἑρμῆν*
h. in Cer. 63: . . . *καὶ εἴρετο δῖα θεάων*
Bacchyl. XVI 20 et 74: . . . *εἰρέν τε*
Ap. Rhod. IV 1248: *ἄλλος δ' αὖτ' ἄλλον* . . . *ἐξερέεινεν*
Eurip. Or. 874: *ἠρόμην*; Callim. epigr. I 1/2: . . . *τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτω* . . .
Apud Eudociam saepe legitur *εἰρώτεε, εἴρετο, ἀπάμειπτο καὶ εἴρετο, κτλ.* Orpheus Arg. 117:

αὐτὰρ ἐμυθεόμην ἐρεείνων ἄνδρας ἀρίστους,

Theod. Rod. et Dos. *Β* 35: . . . *ἐρωτᾷ*.

In orationis clausula inveni *ἐρεείνειν* adhibitum hymn. in Merc. 313: *αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ ἕκαστα διαρρήδην ἐρέεινον*; Ap. Rhod. III 317: *τοῖα μιν ἐξερέοντα*; Qu. Smyrn. VII 182 *ὣς ἔφατ' εἰρόμενος*; Nonnus paraphr. III 137: *καί σφιν ἀνειρομένοισιν* . . ., IV 33: *εἰρομένη δ' ἀγόρευε*, VII 57: *εἰρομένοις δέ κτλ.*

Denique in pedestri sermone verba interrogandi ante et post orationes posita vulgaria sunt.

Cap. XVIII.

De verbo *ἀγορεύειν*.

Unum ex iis verbis dicendi, quae postremo demum in dictionem Homericam recepta sunt, est verbum *ἀγορεύειν*, quod proprie significat »in contione *(ἀγορά)* orationem habere.« Quae significatio genuina manifesto saepe animis poetarum obversata est. Sic *B* 322 ea Calchantis verba quae Ulixes orationi suae intexit inducuntur sententia:

Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευεν,

quae etiam propter participium *θεοπροπέων* quod adicitur omnem usum laedit. Etiam ea sententia *B* 330: *κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε* (cf. cap. II) qua comprehenditur illud vaticinium ipsa clamat seram originem. Ni egregie fallor hoc loco auctor Calchantem sibi finxit in contione verba facientem.

Cum *B* 322 duo loci comparari possunt:
Δ 6: . . . *παραβλήδην ἀγορεύων* in contione deorum quam sine dubio interpolator fecit (Rob. pg. 209) et
Θ 148: *Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,*
quem versum etiam Christ suspectum habet. Ceterum carminis *Θ* auctor maxime praedilectum habet hoc verbum *ἀγορεύειν*; quod posuit *Θ* 4:

αὐτὸς δέ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον,

deinde praeter alios versus qui non in nostram provinciam cadunt in v. *Θ* 29: . . . *μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσεν* (usui respondebat *ἀπέειπεν*); porro *Θ* 148, quem iam supra citavi.

Quae cum ita sint non miramur, quod etiam *Θ* 542 Hectoris oratio consummatur formula plane nova *ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευε*. Sane magna cum libertate egit hic libri *Θ* serus auctor: nempe — ut nihil dicam de insolita positione subiecti — huius verbi *ἀγορεύειν* numerus singularis alibi semel tantum admittitur *Σ* 310: *ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευε* in »contione Troianorum«. Haec duo carmina novicia

inter se quodam modo cohaerere mihi constat, sed utrum recentius sit vix discernere audeam.

Difficilior videtur quaestio de Ξ 45 et 48, quos versus Rob. pg. 131 inter antiquissimos numerat. Sed cumulantur hoc loco gravamina: Ξ 30—40 et Ξ 42 ipse Rob. elidit, Ξ 43 mutat, Ξ 49—51 exsecat, at Ξ 44—48 in vetustissima Iliade servare studet. Frustra ille! Ut taceam de eo, quod oratio indirecta (46—47) exstat, mihi quidem quaestio de his versibus Ξ 44—48 statim soluta erat observatis formulis

Ξ 45: ὥς ποτ' ἐπηπείλησεν ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων
et Ξ 48 (= Β 330 et σ 271) κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε (cf. cap. II).

Accedit una formula insolita

Γ 155: ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον.

Exspectabam verbum προσαυδάω, quod tritissimum est (cf. ἔπεα πτερόεντα προσηύδα), at verbum ἀγορεύειν in talibus enuntiatis perangustam provinciam habet; analogiae enim non inveniuntur nisi in ultimis Iliadis libris Φ 121, 427; Χ 377; Ψ 525; quater in Odyssea α 381/82; δ 189; ι 409; ρ 349. Ceterum sine dubio obversata erat auctori complexio haec:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

Ceterum nonnulli codd. offerunt locis supra citatis προσηύδα, id quod legi respondet, sed nihil mutandum esse elucet

1) propter analogiarum numerum,

2) propter omnium locorum quos citavi recentem aetatem.

Si recolligis ea quae exposui, de huius verbi ἀγορεύειν aetate dubitatio relinqui non potest, praecipue si breviter perlustramus Odysseae locos. Quater ibi invenitur singularis numerus istius verbi ἀγορεύειν. Bis (ρ 504 et 589) legitur ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευεν, quod analogia caret; insuper neutro loco agitur de contione, immo vero videmus Pene-

lopam inter ancillas versantem. Manifestius proditur serae aetatis usus loquendi eo quod adicit poeta ϱ 505/6:

— μετὰ δμωῇσι γυναιξὶν
ἡμένη ἐν θαλάμῳ.

Deinde σ 271 (= Β 330; Ξ 48) κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε. Quartus Odysseae locus δ 76

τοῦ δ' ἀγορεύοντος ξύνετο ξανθὸς Μενέλαος

nusquam in carminibus Hom. sui similem habet — saepe apud epigonos — et movet animum quasi conclusio cuius caput (ὣς ἔφατ' sim.) desectum sit.[1]) Hactenus de verbi ἀγορεύειν apud Homerum usu.

Ne posteriores quidem poetae huic verbo favisse videntur; legitur enim apud Ap. Rhod. bis tantum in conclusione.

I 260: αἳ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευον ἐπὶ προμολῇσι κιόντων
II 450: ὣς τώ γ' ἀλλήλοισι παραβλήδην ἀγόρευον.
(cf. Hom. Δ 6: παραβλήδην ἀγορεύων).

Tertio loco II 1226 adhibet verbum novum ἀγοράομαι: ὣς οἵ γ' ἠγορόωντο. Nonnus Dion. VII 308: τοῖα πατὴρ ἀγόρευε subiectum addit. XXXVIII 70; XLII 313; paraphr. VII 20 verbum ἀγόρευε nude ponitur. Conf. etiam Eurip. Phoen. 1177, 1245; Electra 788; Bacch. 1082.

De formula
ὣς οἳ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον cf. cap. III.

Cap. XIX.

De verbo λέγειν.

Verbum λέγειν in carminibus Hom. ante aut post orationem perpaucis tantum locis invenitur, quibus insuper

---

1) De genetivo quem absolutum duco cf. cap. XXVII.

novitatis signa inusta sunt. Exstat in Iliade nusquam, in Odyssea

ε 5: — — — λέγε κήδεα πόλλ' Ὀδυσῆος,

qui versus iam propterea suspectus est, quod poeta nobiscum iam ante orationem communicat, quid in ea insit (cf. cap. XXIV). Eiusdem generis est κ 250:

καὶ τότε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον,

ubi iterum, priusquam oratio incipiat, scimus, quid ea contineatur (cf. cap. XXIV). Manibus porro tenetur, quantopere legibus dictionis Homericae repugnet μ 165:

ἦ τοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον,

in quo versu nihil est quod non offendat; nam

1) particula ἦ τοι tali loco singularis est;

2) subiectum ἐγώ alibi non additur;

3) τὰ ἕκαστα manifesto epigonum prodit (cf. cap. II);

4) geminatio verborum, scilicet λέγειν et πιφαύσκειν, in interpolationibus tantum post orationis finem collocatur;

5) verbum πιφαύσκειν analogias non habet nisi in versibus ipsis quoque suspectis ν 37 et χ 131 (= 247). Itaque μ 165 novissimis demum temporibus ortum esse luce clarius patet et iam Duentzerus eum damnavit.

Denique τ 203:

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα[1])

iam ipso verbo ἴσκε damnatur.

Omnes hi versus quos citavi post carminum Hom. tempora facti sunt et ex omnibus his interpolationibus clarescit, quantopere verbum λέγειν pertineat ad id, quod oratione continetur. Postea magis magisque increscit numerus formularum a stirpe λεγ- derivatarum in complexionibus. Primus Pindarus Ol. VIII 43 novam finxit formam (concl.)

ὣς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα.

---

1) Quem in cap. XX explicaturus sum.

In Aesch. Pers. 363 legitur τοιαῦτ' ἔλεξε — —; formulam τοσαῦτ' ἔλεξε vidi Eur. Iph. Aul. 1561; Eur. Phoen. 1236; Hec. 542; in eiusdem fabulae versu 580 scripsit Eur. τοιάδε ἀμφὶ σῆς λέγων παιδὸς θανούσης. Substantivum λόγος apud tragicos sescenties numeratur. Cf. etiam Callim. IV 196: αἵ μὲν τόσσα λέγοντες, ibid. 274: ὧδε σὺ μὲν κατέλεξας; Theocr. XIX 72: τόσσ' ἔλεγεν βασίλεια; Bion. IX 3: ὣς λέγε καί κτλ.

Apud Nonnum in Dionys. 13[iens] legitur τοῖον ἔπος κατέλεξε, idem semel paraphr. X 20. Cf. etiam Nonni Dionys. V 366: ἡμιθανὴς κατέλεξε.[1]) Paraphr. XI 91: τοῖον ἔπος λέξασα. Denique frequentissimum est λέγειν ante et post or. dir. apud scriptores eroticos et prosaicos Atticos.

Ante orationem posuit
Ap. Rhod. IV. 831: τοίῳ προσελέξατο μύθῳ; Aeschyl. Septem 549: λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα, ibid. 646: τὰ γράμματα λέγει; Soph. Aias 288: καὶ λέγω, Od. Col. 1639: λέγει, Trach. 920: ἔλεξεν, Philoct. 368: καὶ καταλγήσας λέγω; Eur. Herc. fur. 935: ἔλεξε δ' ἅμα γέλωτι παραπεπληγμένῳ, Med. 1151: λέγει τάδε, Iph. Aul. 1552: ἔλεξε τοιάδε, ibid. 1570: ἔλεξε δέ et al. Qu. Smyrn. I 99: τοῖα προσελέξατο, ibid. IX 226: τοῖον ἔπος κατέλεξε . . . πιφαύσκων (cf. Hom. Od. μ 165); Callim. epigr. I 12: οἱ δ' ἔλεγον; Theocr. II 21: καὶ λέγε ταῦτα, ibid. 61: καὶ λέγ' ἐπιφθύξοισα, ibid. 93: οὕτω . . . τὸν ἀλαθέα μῦθον ἔλεξα, V 85 λέγει interponitur orationi. In »Hercule leontophono«, qui Theocrito adscribitur, occurrit 192: . . . τοίῳ προσελέξατο μύθῳ.

Haec sufficiant. Homerus stirpem λεγ- sine dubio propterea removit ab inductione et conclusione orationum directarum, quod pertinebat ad id quod oratione continetur, cum Homerus simpliciter orationum initium et finem exhibere vellet.

---

1) Sic recte Ludwichius, Beitr. z. Kritik des Nonnus, pg. 16.

Cap. XX.

De verbo ἴσκειν.

Bis vox ἴσκειν in carminibus Hom. post or. dir. ponitur:

τ 203 ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
χ 31 ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ,

qui loci iam viris doctis antiquis cura et crux fuerunt et usque ad hunc diem exstant ut aenigma nondum solutum. Sed re accurate examinata confido me aliquid conferre posse ad explicandas illas difficultates.

Impedita est recta explicatio illarum formularum adhuc eo, quod viri docti — inter eos etiam Lehrsius »De Arist. studiis Hom.« pg. 97 — nimiam fidem habebant Aristarcho et Aristonico, qui affirmabant ἴσκειν significare apud Homerum »ὁμοιοῦν«. Atque profecto concedo eam significationem in plurimos locos quadrare, at in iis de quibus ago versibus sine dubio ei inest notio dicendi, quae etiam sensu postulatur. Quod in propatulo est in versu χ 31

ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ

(i. e. »so sagte jedermann.«[1]) Exstitit igitur manifesto verbum ἴσκειν notione dicendi praeditum, quapropter eadem ratione a Theocrito et Apoll. Rhodio exhibetur. Sed novum id fuit verbum dicendi, quod demum post Homerum in usum venit. De illo loco χ 31 omnes fere viri docti consentiunt eum ut additamentum eiciendum esse. Nonne ἴσκειν etiam τ 203 significare potest »dicere«? Sine dubio! Aperitur sensus huius versus, si eum comparamus cum libri μ versu insiticio 165:

ἦ τοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον.

---

1) Particula ὥς a posterioribus iuxta omnia verba omitti potest apud Homerum unum verbum ἦ nude ponitur.

Duo igitur usurpantur verba dicendi *λέγειν* et *πιφαύσκειν* (utrumque recc.). Nonne eodem iure alter hic serus interpolator dicere poterat: »er sagte viel Erlogenes, es als wahrheitsgemäß erzählend«? Hoc si conceditur, *τ* 203 explanatus est. Me porro hunc versum non iniuria post-homerico poetae tribuere praeter alia quae iam citavi confirmatur mihi duabus rebus:

1) participio *λέγων* (cf. cap. XIX);
2) eo, quod *τ* 203 factus est ad exemplar versus Hesiodei (theog. 27):

ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Vides interpolatorem nihil mutare debuisse nisi *ἴδμεν* in *ἴσκεν* et *λέγειν* in *λέγων*. Hoc modo etiam supervacanea facta est arbitraria illa coniectura, quam promulgavit Buttmann Lexil. II pg. 83 sqq., fuisse ad *εἰπεῖν* formam vetustam *ἴσπεν* sicut *ἴσχω* ad *ἔχω*.

Reliquum est ut afferam Theocriti et Ap. Rhodii locos, ubi hoc verbum *ἴσκειν* (»dicere«) invenitur: Theocr. XXII 167: *ἴσκον τοιάδε πολλά*, quo loco sine dubio vis »loquendi« agnoscitur. 10[iens] occurrit apud Ap. Rhodium, cf. I 834: *ἴσκεν ἀμαλδύνουσα φόνου τέλος*, praeterea II 240, 1199; III 396, 439, 484; III 555, 937; IV 92, 410, 1584; uno loco III 555 nudum verbum *ἴσκε* exhibetur; II 240 subiectum adiectum est; semel III 439 adverbium *ἀπηλεγέως* additum est. Ceteris locis adiciuntur varia participia quae hic enumerare nolo.

Post Alexandrinorum aetatem *ἴσκειν* oblivioni traditum est.

Luculenter nobis hoc verbo demonstratur, quo modo illi docti Alexandrini voculas obscuras et singulares ex catalogis et indicibus verborum effoderint.

Cap. XXI.

De voce *αὐδάω*.

Primum agendum est de usu verbi *αὐδᾶν* in conclusionibus, ubi in carminibus Hom. non invenitur nisi compositum *προσαυδᾶν*. Exstat autem

Λ 136/7: *ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα μειλιχίοισι ἔπεσσιν.*

Χ 90/91: *ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην φίλον υἱὸν, πολλὰ λισσομένω.*

Φ 97/98 (*Μάχη παραποτάμιος*):
ὣς ἄρα μιν Πριάμοιο προσηύδα φαίδιμος υἱός λισσόμενος ἐπέεσσιν,

qui vv. sero se ortos esse ipsi clamant.

Neque multo saepius post Homerum in complexionibus *αὐδᾶν* positum est. Pindarus bis exhibuit participium Nem. X 89 et Pyth. 232: *ὣς ἄρ' αὐδάσαντος.* Ex posterioribus solus Ap. Rhod. *αὐδᾶν* in fine orationum admisit. cf. III 76, 564, 912; IV 99, 1380, 1562. Denique Aeschyl. Sept. 590: *τοιαῦθ' ὁ μάντις . . . ηὔδα.* Alibi *αὐδᾶν* nusquam post orationem adhibitum inveni.

Crebrius admittitur *αὐδᾶν* ad inducendas orationes iam ab Homero. Praeter

Λ 92: *καὶ τότε δὴ θάρσησε καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων*

et *Ρ* 420: *ὣς δέ τις αὖ Τρώων μεγαθύμων αὐδήσασκεν,*

quorum sera origo mihi constat, *αὐδᾶν* locum habet in uno formularum genere, quod est

τὸν δ' αὖτ' . . . ἀντίον ηὔδα;
. . . ἔπος τέ μιν ἀντίον ηὔδα sim.

quod inveni in Iliade sedecim locis, qui omnes de sera aetate dubitationem non admittunt: *Γ* 203; *Δ* 265; *Ε* 170, 217, 647; *Θ* 200; *Λ* 822; *Ν* 221, 254, 259, 266, 274, 311 (6iens!). Denique in Iliadis libris ultimis: *Ψ* 482 (additur *χολωσαμένη*), 586; *Ω* 333. Quae cum ita sint, eius-

modi formulas novas esse vix negabis. Si licet per imaginem de carminum Hom. diversis partibus quasi de tabulatis dicere, ego affirmaverim, quamquam magis divinans quam certis argumentis nisus, hac formula nobis recens quoddam tabulatum repraesentari, nempe plerumque mentio fit ducum sive Graecorum sive Cretensium sive Lyciorum (e. g. Sarpedonis). cf. *N* 311:

τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεὺς Κρητῶν ἀγὸς ἀντίον ηὔδα.

In Odyssea hanc formulam repperi 55[iens], atque ibi longe plurime in libris *α—δ* et *ο—ϱ*, i. e. in iis carminibus, quae Telemachi res gestas continent. Num id casu factum esse credamus? Saepe etiam ad orationes inducendas adhibetur ab Homeridis simplex verbum *ηὔδα* coniunctum cum participio quodam et cum substantivo *ἔπος*, ita ut legamus

καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα sim.

Frequentatur quoque forma *προσηύδα*, praecipue in formula stabili

ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Recens est compositum *μετηύδα* id quod in cap. XII demonstravimus.

Etiamsi post Homerum huius verbi eiusque compositorum frequentia minuitur, tamen vix unum poetam vel prosaicum inveneris qui id respuat.

Cap. XXII.

De participio *φάμενος*.

Sine dubio partic. *φάμενος* sero demum in usum venit, nam omnes loci ubi invenitur recentissimi sunt: *E* 290, 835; *X* 247, 460; *κ* 446; *λ* 150 (additur subiectum *ψυχή*); *σ* 206; *ψ* 85, 429.

Post Homerum frequentia huius formae valde aucta est. Apud Ap. Rhodium quidem semel tantum (II 291)

occurrit, semel apud Call. lav. Pall. 131 et apud Moschum II 108, at 25[iens] eam usurpavit Qu. Smyrnaeus, denique Nonnus 104[iens]. Accedunt Musaeus 194; Tryphiodorus 152, 463, 497. Crebro legitur *φάμενος* apud prosaicos neque raro genetivus absolutus (cf. cap. XXVII).

Semel occurrit participium *φάς* in recc. hymn. Hom. in Merc. 94.

Cap. XXIII.

De pronominibus post *ὣς εἰπών* et *ἦ καί* positis.

Parvus excursus faciendus est de pronominibus quibus Homerus continuat sententias incipientes a formis *ὣς εἰπών* et *ἦ καί*.

Subiectum si adicitur ad *ὣς εἰπών*, quodammodo bis exprimitur 1) pronomine *ὃ μέν*, 2) substantivo vel nomine proprio. cf. e. g.

N 239: *ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἔβη θεός . . .*

O 559: *ὣς εἰπὼν ὃ μὲν ἦρχ', ὃ δ' ἅμ' ἕσπετο ἰσόθεος φώς.*

(illi *ὃ μέν* respondet *ὃ δέ.*) Similiter

O 572: *ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο, τὸν δ' ὀρόθυνεν.*

cf. etiam complexionem vulgarem

ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Interdum illo pronomine *ὃ μέν* adduci possumus, ut credamus novum subiectum induci, neque semel deliberavi, ad quem pertineat illud *ὃ μέν*. Comparandi sunt hi loci: *Λ* 472; *Ξ* 361; *Π* 632, 726; *P* 82.[1]) Etiamsi Rob. pg. 106 *Λ* 472 inter genuinos numerat, tamen illam rationem dicendi non antiquam esse mihi constat.

Plane contrarius usus observatur post formam *ἦ καί*. Si quis legit locos sicut

---

1) cf. etiam Ap. Rhod. I 306; II 696 etc.

K 454: ἦ καὶ ὃ μέν μιν ἔμελλε γενείου ....
et *Λ* 446: ἦ καὶ ὃ μὲν φύγαδ' αὖτις ὑποστρέψας ἐβεβήκει
putare potest pronomen ὃ μέν respicere ad eum, qui verba fecit, sed iniuria, designatur enim is ad quem verba facta sunt. Nam *K* 454 locutus est Diomedes, at pronomen ὃ μέν pertinet ad Dolonem Troianum neque minus *Λ* 446 voce ὃ μέν non Ulixes significatur, cuius verba praecedunt, sed Socus Troianus.

In hanc seriem mihi etiam *I* 620 pertinere videtur:
Ἦ καὶ Πατρόκλῳ ὅ γ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε σιωπῇ ...„
ubi singulariter dictum est ὅ γε quo iteratur subiectum (Achilles). Exspectaverim ὃ μέν, sed cum id non in versum quadraret, hiatus devitandi causa poeta (rec.) interposuit γε.

cf. etiam *B* 206; *Δ* 256; *X* 90; *M* 277 al. Ap. Rhod. I, 292; II 450, 1229; III 22, 739 al.

Cap. XXIV.

De iis inductionibus, in quibus poeta nobiscum communicat, quid contineat or. dir. quae subsequitur.

Inductiones orationum directarum apud Homerum prae complexionibus magna libertate dicendi excellunt. Ponit auctor in universum non solum verba dicendi, quae additis substantivis (μῦθος, ἔπος) et participiis adornat, sed etiam verba descriptiva admittit, at de eo, quid in oratione insit quam inducit, nihil nobiscum communicat. Perpaucis tantum locis id invenitur.

Minus dilucide illustratur quidem id quod exponere conor, duobus locis

Λ 647: *Πάτροκλος δ' . . . ἀναίνετο* (negavit) et *Τ* 304: *ὃ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων* (— er wehrte seufzend ab —), sed multo explicatior fit res versu *Ψ* 204: *ἕζεσθαι μὲν ἀναίνετο* propter additum infinitivum *ἕζεσθαι*. Luculentissimum autem exemplum huius generis exstat

Δ 301/2: *ἱππεῦσιν μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο. τοὺς γὰρ ἀνώγει*
σφοὺς ἵππους ἐχέμεν μηδὲ κλονέεσθαι ὁμίλῳ: —

ubi sequitur oratio directa.

Poeta igitur antea nobis accuratissime indicat, quid contineat oratio quae sequitur, ita ut nihil desideraremus, si deesset oratio dir. Translabitur quodammodo poeta ex oratione obliqua in directam — id quod apud prosaicos saepe observatur — et affirmaverim eiusmodi locis orationem obliquam in oriundo deprehendi posse. Simillimi sunt hi versus:

Υ 364/5: *ὣς φάτ' ἐποτρύνων. Τρώεσσι δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ*
κέκλεθ' ὁμοκλήσας, φάτο δ' ἴμεναι ἀντ' Ἀχιλῆος,

Ψ 854/5: . . ., *ᾗς ἄρ' ἀνώγει*
τοξεύειν: „— —
(interpol., quod or. dir. in medio versu incipit!).

Accedunt in Od. tres loci

ε 5: *τοῖσι δ' Ἀθηναίη λέγε κήδεα πόλλ' Ὀδυσῆος*
ι 402: *ἱστάμενοι δ' εἴροντο περὶ σπέος ὅττι ἑ κήδοι*
κ 250: *καὶ τότε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον*
(qui omnes mihi valde suspecti sunt).

Denique cf. etiam *Υ* 15:
. . . *Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν*
et *Ω* 143: *Ἶριν δ' ὤτρυνε Κρονίδης εἰς Ἴλιον ἱρήν.*

Hic ultimus versus propterea in hanc locorum seriem pertinet, quod contra omnem consuetudinem ad verbum usitatum *ὤτρυνε* adicitur *εἰς Ἴλιον ἱρήν* (er schickte sie nach Ilion) ita ut haec sententia fere congruat cum illa in cap. VIII explicata *προΐει κήρυκα.* Omnes quos citavi loci inter recentissimos exstant.

Quantopere totum hoc genus dicendi prosam orationem oleat, nemo erit qui non sentiat, et lignum in silvam ferrem, si multis exponere conarer, quam recens et hodiernae similis sit haec dictio.[1])

Cap. XXV.

De circumscriptione nominum propriorum.

In alium usum Homericum animum intendas. Poetae recentiores[2]) quorum studium variandi et exornandi satis cognovimus, saepe in iis quas tractamus formulis simplici nomini proprio doctam et ornatam circumscriptionem praeferunt, quo studio interdum ad id deducuntur, ut obscuretur sensus.

Ex magno exemplorum numero, quem exhaurire longum est, nonnulla elegi, quae mihi casu ad manum erant:

Γ 310: ἦ ῥα, καὶ ἐς δίφρον ἄρνας θέτο ἰσόθεος φώς (Priamus).

Δ 403: τὸν δ' υἱὸς Καπανῆος ἀμείψατο κυδαλίμοιο (Sthenelus).

Δ 514: ὣς φάτ' ἀπὸ πτόλιος δεινὸς θεός (Apollo).

Ι 622/23: . . . τοῖσι δ' ἄρ' Αἴας
ἀντίθεος Τελαμωνιάδης μετὰ μῦθον ἔειπεν,

ubi appositione ἀντίθεος Τελεμωνιάδης factum est, ut illa formula ultra unius versus circuitum excederet,

1) Nonnulla de hoc orationis obliquae in directam orationem transitu attulit P. Cauer, Grundfr. pg. 243 et pg. 258 seq. Subtilius de usu Homerico orationis obliquae disputavit Rud. Rehme in op. cit. pg. 1—24, sed miror, quod ille vir doctus non magis aetatem locorum qui in Iliade exstant statuere et illustrare conatus est; nam illa perquisitione facta aliquid conferri posse ad singularum Iliadis partium aetatem discernendam persuasum habeo. Fortasse alio loco id persequi licebit.

2) Multo magis Iliadis quam Odysseae.

quem abusum in sera demum arte epica saepe observare licet. Conf. etiam:

N 59: ἦ καὶ σκηπανίῳ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος (Neptunus)
N 66: τοῖιν δὲ γνῶ πρόσθεν Ὀιλῆος ταχὺς Αἴας (Rob. pg. 123)
Σ 393: τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις (Vulcanus)
Σ 410: ἦ καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη (idem)
Υ 13: ... Ἐνοσίχθων (Neptunus)
Υ 31: ὣς ἔφατο Κρονίδης (v. valde susp.).

Θεομαχία (*Φ* 383 seqq.) eiusmodi circumscriptionibus plena est et sane doctus poeta illud episodium composuit. cf. e. g.

Φ 511: τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἐυστέφανος κελαδεινή (Diana).

Ex ultimis Iliadis libris addo:

Ψ 287: ὣς φάτο Πηλεΐδης (Achilles)
Ψ 569: ... ὁ δ' ἔπειτα μετηύδα ἰσόθεος φώς (Menelaus)
Ψ 596: ... μεγαθύμου Νέστορος υἱός (Antilochus)
Ω 432: ... διάκτορος Ἀργεϊφόντης (Mercurius)
Ω 440: ἦ καὶ ... Ἐριούνιος ... (Mercurius)
γ 337: ἦ ῥα Διὸς θυγάτηρ (Minerva)
χ 292: ἦ ῥα βοῶν ἕλικων ἐπιβουκόλος (Ctesippus).

Omnes loci supra citati inter novicios et interpolatos exstant, quare hunc usum sero demum invasisse pro certo habeo.

Cap. XXVI.

De particula *αὐτάρ*.

Particula *αὐτάρ* manifesto ab inferioribus demum poetis usurpata est, invenitur enim post *ὣς ἔφατ'* semel tantum

in Iliade: *O* 113,[1]) at 26^iens in Odyssea: *δ* 375, 394, 464, 481, 538, 548; *ι* 522; *κ* 261, 270, 336, 382, 406, 422, 438, 496, 566; *λ* 79, 138, 163, 204, 435, 462, 477, 504; *μ* 111; *τ* 551.

Etiam post alias formas in concl. (e. g. post ὣς ἄρ' ἔφη, ἦ ῥα sim.) et interdum sub inductionum initium iuniores Homeridae posuerunt αὐτάρ.[2])

Post Homerum admisit hanc de qua agimus particulam unus Ap. Rhod. II 60, 443; III 432. Postea, quantum viderim, nemo eam exhibuit. Usque ad Xenophontem ne in prosa quidem oratione eam detexi.

Cap. XXVII.

De genetivo absoluto in complexionibus adhibito.

Legitimus est in conclusione Homerica nominativus participiorum εἰπών, φωνήσας, φάμενος, ἀγορεύων sim. Sed iam supra vidimus ne ceteros quidem casus deesse. Sic etiam genetivus invenitur his locis recentibus:

T 74/75: ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐχάρησαν ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί
μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλεΐωνος,

ubi altera sententiae pars (*T* 75) praeter multa alia — de quibus cf. pg. 105 — etiam propterea notabilis est, quod ponitur genetivus absolutus ἀπειπόντος, qui a verbo ἐχάρησαν non pendere potest, nempe χαίρειν aut cum accusativo

---

1) Rob. pg. 457 numerat *O* 110—142 inter vetustissimos, id quod ego minime probare possum, praesertim cum alia gravamina infra accessura sint. Ceterum *O* 110—142 in suspicionem vocantur a W. Ribbeckio in Phil. tom. VIII pg. 499.

2) Huc pertinet etiam rec. formula: αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε, de qua cf. *Υ* 318 pg. 107.

coniungitur aut cum dativo, ad quem interdum accedit praepositio ἐπί. Idem valet de versu *N* 417 (= *Ξ* 458) recc.:

ὣς ἔφατ', Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' ε ὐ ξ α μ έ ν ο ι ο,

ubi genetivus εὐξαμένοιο, quo amplificavit auctor versum *Α* 188, vix ex verbo γίγνεσθαι pendere potest, ita ut eum absolutum habere debeamus.

Duos igitur habemus locos, ubi inveniatur genetivus absol. Ceteris locis ambigui haeremus, num genet. absol. statuendus sit, quia genetivus ab aliis vocibus pendere potest. Huc pertinet:

T 418: ὣ ς ἄ ρ α φ ω ν ή σ α ν τ ο ς Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδήν.

Y 379/80: ὣς ἔφαθ', Ἕκτωρ δ' αὖτις ἐδύσετο οὐλαμὸν ἀνδρῶν
ταρβήσας, ὅτ' ἄ κ ο υ ε θ ε ο ῦ ὄ π α φ ω ν ή σ α ν τ ο ς.

Denique δ 76:

τ ο ῦ δ' ἀ γ ο ρ ε ύ ο ν τ ο ς ξύνετο ξανθὸς Μενέλαος,

ubi genetivus eo magis absoluti speciem habet, quod usitata concl. (e. g. ὣς φάτο sim.) deest. Sed ad certum iudicium pervenire vix poterimus. Id tamen persuasum habeo ex eiusmodi locis tandem ipsum genet. absolutum ortum esse, qui post Homerum in usum receptus est. Sic iam apud Pindarum legi:

Pyth. IV 232: ὣ ς ἄ ρ' α ὐ δ ά σ α ν τ ο ς ἀπὸ κροκόεν ῥίψαις
Ἰάσων εἷμα θεῷ πίσυνος

et Nem. X 89: ὣ ς ἄ ρ' α ὐ δ ά σ α ν τ ο ς οὐ γνώμᾳ διπλόαν
θέτο βουλάν.

Apud ceteros saepe legitur genet. absolutus compositus ex participiis φάμενος, λέγων sim. Sed haec satis hoc loco. De genet. absol. apud Homerum adhibito adeas Joh. Classen: »Über den homerischen Sprachgebrauch«, Francofurti ad Moenum a. 1879, pg. 160 seqq.

Respiciens ea, quae supra disputavimus de eo genere dicendi, quod abhorret ab antiquissimae Iliadis dictione (cf. pg. 9), vereor, ne credat aliquis me iudice illos recentiores Homeridas, qui in orationibus inducendis et concludendis maiorem libertatem sibi assumpserunt, depravavisse artem epicam. Immo vero repraesentatur illis poetis Ionicis flos ipse artis epicae; liberaverunt enim dictionem a vinculis rigidis consuetudinis eamque venustiorem et ornatiorem reddiderunt. Id luce clarius elucet ex iis, quae supra inde a pg. 12 exposuimus; sed quoniam inveniuntur inter ea etiam nonnulla, quae infimae demum aetati originem debeant, qua iam evanescebat ars narrandi apud Graecos, fortasse non inutile est illarum formarum et formularum aetatem accuratius discernere, etiamsi certum iudicium ferre nusquam licebit. Ne longus sim, ex collectis in capitibus I—XXVII eligo ea, quae infima demum aetate in usum venerunt, ex quo consectarium est ea quae restant arti minus recenti attribuenda esse.

Novissimis poetis debetur:

1) Forma φῆ in concl. posita (cap. XI);

2) phrasis Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ἐπεί . . . (= Κ 540; π 11, 351.) cf. cap. I pg. 15;

3) omnes conclusiones, quae pronomine summant orationem praecedentem (cap. II), scil. praeter formulam

ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

4) eae conclusiones quibus exprimitur, quid fecerit aliquis, at non, quid dixerit aliquis (e. g. Ω 141/142; σ 32/33. cf. pg. 31);[1])

5) ii loci, ubi mero verbo monstrandi inducitur oratio (pg. 38);

6) verbum λέγειν (cap. XIX);

7) verbum πιφαύσκειν;

---

1) At tamen iam Ionicos poetas interdum eiusmodi dictionem sibi permisisse non negaverim.

8) verbum ἴσκειν (cap. XX);

9) eae inductiones, in quibus poeta nobiscum communicat, quid contineat or. dir., quae subsequitur (cap. XXIV); [1])

10) Genetivus absolutus in complexionibus adhibitus (cap. XXVII). Sufficiant haec; minora suo loco memorabuntur.

---

1) Id num iam Ionicis poetis concedere liceat dubito.

A.

Non multa notanda sunt ad primum librum, qui iure inter vett. numeratur. At tamen recentioris tractationis indicia in l. initio et fine elucent.

Difficultates efficit prima oratio, quam habet Chryses sacerdos; nam in ind. *A* 15/16:

... καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς,
Ἀτρεΐδα δὲ μάλιστα ...

verbum λίσσεσθαι anal. non habet nisi in rec. versibus *Z* 45 Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης ὁμιλία; *O* 660 (cf. Rob. pg. 143); *Φ* 368 (cf. Christ ad *Φ* 228); *Ω* 485; *κ* 264. Gravius argumentum est in concl. *A* 22:

ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί.

Neglecta summatione statim particula ἔνθα significatur, quid effecerit illa oratio. Hoc multo magis prosae orationis usui respondet quam Homerico. Sescenties particulae ἔνθα et τότε occurrunt perlustranti Xenophontis et Platonis opera. Sim. et fortasse ab eodem auctore est concl. *A* 92:[1])

καὶ τότε δὴ θάρσησε καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων,

ubi duo accedunt gravamina:

1) statim eadem sententia inducitur sequens or. dir. (cf. cap. IX);

2) rarissimum est verbum simplex αὐδᾶν in ind. (cf. cap. XXI).

Etiam in aliis versibus, qui exstant in libri *A* initio, Rob. complura serioris aetatis indicia vi oppressit. Sic *A* 17 (pg. 213) id, quod omnes codd. exhibent, ἐυκνήμιδες

---

1) cf. hymn. in Merc. 521.

Ἀχαιοί, quo suas rationes infirmari putat, vocibus *ἀριστῆες Παναχαιῶν,* et *Α* 18 *ὑμῖν μὲν θεοί* contra librorum mss. consensum mutat in *ὔμμι θεοὶ μέν,* atque eadem ratione oppressit *Α* 19 scripturam *εὖ δ' οἰκάδ' ἱκέσθαι.* His observationibus meum iudicium valde firmari liquido constat.[1]) Recentem artem etiam eae formulae, quibus or. dir. *Α* 25—32 et *Α* 36—42 circumcluduntur, prae se ferunt; e. g.

Ind. *Α* 25: ... *κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν* al. semper in rec. carminibus.

Ind. *Α* 35/36: *πολλὰ δ' ἔπειτ'* ... *ἠρᾶθ' ὁ γεραιός* ... rec.

Concl. *Α* 43: *ὣς ἔφατ' εὐχόμενος.*

Ind. *Α* 58: *Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη* ... vix vet. cf. cap. XII.[2])

In concl. *Α* 245: *ὣς φάτο Πηλεΐδης* satis perspicuum est, quare adiecerit poeta nomen Achillis, cum opponat ei alterum heroëm irascentem, Agamemenonem (cf. *Α* 247: *Ἀτρεΐδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιε).*

Susp. in fine contionis duae formulae:

Α 292: *τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο* ..,

nam 1) adv. *ὑποβλήδην* (»eum interpellans«) sane satis cultam artem narrandi prodit et de prosae orationis dictione monet. Praeterea est sing. dict.; sim. *Δ* 6: *παραβλήδην* (recc.); saepius apud posteriores.

2) *ἠμείβετο* in Il. al. nusquam;[3]) at 5iens in Od. (*ι* 506; *κ* 71; *λ* 59; *μ* 278; *ο* 485).

---

1) Adiutorem habeo P. Cauer, qui in N. Jahrb. f. d. klass. Altert. 1902, pg. 84 iure Robertum vituperat, quod vocem *νηός* (*Α* 39) aeolico carmini adnumerat, et qui iure pg. 87 concludit, »daß die herkömmliche Ansicht, wonach der 1. Gesang zu den ursprünglichen, vorjonischen Teilen des Epos gehört, falsch ist und aufgegeben werden muß«.

2) cf. Cauer, Grundfr. pg. 239: Auch die Erscheinung der Athene *Α* 198 ff. verrät sich als späte Erscheinung.

3) scil. praeter formulam fixam *τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα.*

Susp. etiam concl. *Α* 304/5:

ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχησαμένω ἐπέεσσιν
ἀνστήτην, λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν,

nam 1) ubertas totius sententiae longe recedit a simplicitate dictionis genuinae;

2) totum diverbium consummatur (cf. cap. IV);

3) poeta dicit, quid fecerint heroes, non quid dixerint.

Sim. una haec sententia (*Α* 136 et *Χ* 90): *ὣς τώγε κλαίοντε προσαυδήτην.* Uterque lo. rec.[1]) Rectum divinabat Christ, qui in marg. ad *Α* 305 adnotavit: »*Hoc versu carmen primum apte claudere poterant, si qui seorsum id recitabant.*« Optime ille! Et ab isdem rhapsodis etiam nonnullas alias or. variatas esse veri simillimum videtur.

Susp. etiam vv. *Α* 348–429 et *Α* 493–611[2]) his de causis:

1) Totus color narrationis dulcior est quam versuum praecedentium. Auctor audientium sensus ad misericordiam suscitare conatur.[3])

2) Quo studio adductus ad concl. *Α* 357 *ὣς φάτο* addit partic. *δάκρυ χέων,* quem usum non vet. esse in cap. VI demonstratum est.

3) Ad ind. *Α* 540: *αὐτίκα κερτομίοισι προσηύδα* ... memorabile hoc:

Adverbium *αὐτίκα* (cf. cap. I) rec.; adiectivum nudum *κερτομίοισι,* cuius substantivum, quod exspectatur, *ἐπέεσσι,* nimis usu detritum disparuit, quasi adverbii functionem adeptum est. anal. *Δ* 256; *Ζ* 214; *Χ* 497; *ι* 474; *υ* 165, 177. — omnes hi loci rec. —

4) concl. *Α* 584: *ὣς ἄρ' ἔφη* rec., cf. cap. X.

---

1) ad *Α* 136 cf. Rob. pg. 160; *Χ* 90 pro se ipse loquitur.

2) Quos iam Lachmann, Koechly, alii alius esse poetae docuerunt.

3) cf. *Α* 351: *πολλὰ ἠρήσατο; Α* 413: *κατὰ δάκρυ χέουσα; Α* 360: *δάκρυ χέοντος; Α* 364: *βαρὺ στενάχων.*

B.[1])

B 1—52 genuini; nam omnia legibus receptis oboediunt. *B* 53—86 interp.; indicia: ind. *B* 56 (*≠ K* 302, recc.) πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν rec.; concl. *B* 70/71:

ἀλλὰ σὺ σῇσιν ἔχε φρεσίν. ὣς ὁ μὲν εἰπὼν
ᾤχετ' ἀποπτάμενος.

interpol., quod omnem normam Hom. laedit; nam

1) digamma neglegitur;

2) ὣς ὁ μὲν εἰπών al. nusquam exstat;

3) incipit concl. in medio versu. Id alibi ubi invenitur? Sane apud Pindarum et poetas lyricos, sed ex iis, qui heroico versu scripserunt, apud novissimos demum sicut Eudociam poetriam[2]) et al., at in Hom. genuino nusquam. Iam Zenod. del. *B* 60—70; Rob. pg. 127 elidit *B* 70/71

Ind. *B* 109:

τῷ ὅ γ' ἐρεισάμενος ἔπεα Ἀργείοισι μετηύδα

rec., cf. cap. XII.

Concl. *B* 182:

ὣς φάθ', ὁ δὲ ξυνέηκε θεᾶς ὄπα φωνησάσης

habet unam anal. *K* 512 (cf. ad *B* 56).

Formulae, quibus circumcluduntur orationes *B* 190—197 et *B* 200—205, tam dilucida signa ionicae et serae originis prae se ferunt, ut eas simpliciter adscribere satis habeam. Ind. *B* 188/89:

ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη,
τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς,

cui cum mira quadam symmetria respondet ind. *B* 198/99:

ὃν δ' αὖ δήμου ἄνδρα ἴδοι βοόωντα τ' ἐφεύροι,
τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν ὁμοκλήσασκε τε μύθῳ.

Ambae orationes summantur conclusione *B* 207:

ὣς ὅ γε κοιρανέων δίεπε στρατόν, οἱ δέ . . .

---

1) Catalogus navium extra nostram provinciam cadit, quod orationibus plane caret, id quod recc. interpolationum proprium est.

2) cf. etiam Nonni metaphr. ev. Ioannei VII 34: . . . ὣς ὁ μὲν εἰπών·

Stili recentis est, quod dicitur, quid fecerit, non quid dixerit Ulixes.[1]) *Β* 193—197 a schol. cod. Ven. *A* et ab Arist. damnantur; addendi erunt *Β* 198—207.

Sero etiam ortum est episodium de Thersite.[2]) Recc. concl. *Β* 242/43:

ὣς φάτο νεικείων Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν
Θερσίτης,

qua manifesto recentiorum auctorum studium explendi et exornandi simplicem sermonem veterem ad oculos demonstratur. Itaque additamentis quae ad ὣς φάτο accedunt factum est, ut ipsum Thersitis nomen usque ad proximi versus initium propelleretur; anal. non nisi in recenti arte epica.

Ind. *Β* 245 recc.:

καί μιν ὑπόδρα ἰδὼν χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ

conglutinata ex versu illo:

καί μιν ὑπόδρα ἰδὼν ἔπεα πτερόεντα προσηύδα

et ex sententia satis nova χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ. Anal. una in recenti Il. ind. *Ρ* 141:

Ἕκτορ' ὑπόδρα ἰδὼν χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ.

De verbo ἐνίπτειν (ἐνίσσειν) a recentiore demum arte recepto cf. cap. XVI.

Concl. *Β* 265: ὣς ἄρ' ἔφη rec., cf. cap. X.

Concl. *Β* 278: ὣς φάσαν ἡ πληθύς sing. dict. propter additum subiectum ἡ πληθύς. φάσαν al. non nisi in Od. ι 500; κ 67; μ 192; φ 366. De formulis ὣς φάσαν, ἔφασαν, ἔφαν, φάν cf. cap. V. — vv. *Β* 265—277 sero demum insutos esse contendit iam Lachmannus.

Ind. *Β* 322: ... θεοπροπέων ἀγόρευεν sing. dict.; sim. *Δ* 6: παραβλήδην ἀγορεύων[3]) et ind. *Θ* 148, versus valde susp.:

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων.

---

1) Ex eodem auctore aut ab aemulatore orti sunt *Δ* 230—250, de quibus cf. infra pg. 78 seq.

2) De cuius ionicae dialecti indiciis cf. Rob. pg. 218.

3) In contione deorum ab interpolatore intexta; Rob. pg. 209.

De verbo *ἀγορεύειν*, quod sero demum in usum venit, cf. cap. XVIII.

Concl. *B* 330, quae in plurimis editionibus, e. g. apud Christium, sic legitur: *κεῖνος τὼς ἀγόρευε,* iam in cap. II pg. 24 seqq. correcta et serae interpolationi tributa est.

Ind. *B* 411: *τοῖσι δ' εὐχόμενος μετέφη* rec., cf. cap. XII.

Γ.

Usque ad tichomachiam (inde a *Γ* 121) omnia genuina sunt.

Ind. *Γ* 155:

ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον

recc. Legi resp. verbum *προσαυδᾶν;* anal. *Φ* 121, 427; *Χ* 377; *Ψ* 535; *δ* 189; *ι* 409; *ϱ* 349; omnes recc. Confusa est ind. trita: *ἔπεα πτερόεντα προσηύδα* cum complexione illa:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

De *ἀγορεύειν* verbo rec. cf. cap. XVIII.

Concl. *Γ* 161:

ὣς ἄρ' ἔφαν, Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ

recc., nam

1) comprimitur concl. cum ind. in unum versum (cf. cap. IX);

2) forma *ὣς ἄρ' ἔφαν* rec. est (cap. V);

3) anal. recc. *Γ* 324; *Η* 181, 206 (Rob. pg. 169 seq.); *ι* 413; *ϱ* 488; *σ* 75, 117; *φ* 404.

Ind. *Γ* 171:

τὸν δ' Ἑλένη μύθοισιν ἀμείβετο, δῖα γυναικῶν

recc.; *μύθοισιν ἀμείβετο* sing. dict.; *ἀμείβετο* recc. Legi resp. *ἠμείβετο;* anal. formae *ἀμείβετο: Γ* 228; *Ν* 823 (ne unum quidem versum explet); *Ω* 200, 424; *δ* 382; *ζ* 67; *ι* 272, 368; *κ* 487, 503; *μ* 115; denique *ο* 434 et 439 interpol.; *ἀπαμείβετο* exstat: *Υ* 199; *η* 298, 308; *ϑ* 140, 400; *λ* 347, 362; *ν* 3; *ϱ* 445; *τ* 405; *ω* 327.

Ind. *Γ* 191:

δεύτερον αὖτ' Ὀδυσῆα ἰδὼν ἐρέειν' ὁ γεραιός

recc. Sicca haec ratio numerandi (*δεύτερον, τρίτον* [*Γ* 225]) prosae orationis indoli propior est quam genuinae Iliadis; sim. *K* 283. Verbum *ἐρεείνειν* rec. (cap. XVII).

Ind. *Γ* 203:

τὴν δ' αὖτ' Ἀντήνωρ πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα

rec., cf. cap. XXI.

Ind. *Γ* 225:

τὸ τρίτον αὖτ' Αἴαντα ἰδὼν ἐρέειν' ὁ γεραιός

rec., cf. ad *Γ* 191 et cap. XVII.

Ind. *Γ* 228:

τὸν δ' Ἑλένη τανύπεπλος ἀμείβετο, δῖα γυναικῶν

rec., cf. ad *Γ* 171.

Concl. *Γ* 259:

ὣς φάτο, ῥίγησεν δ' ὁ γέρων, ἐκέλευσε δ' ἑταίρους

concl. tripertita, rec., cf. cap. IX.

Concl. *Γ* 292:

ἦ καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέι χαλκῷ

rec., legi resp. post precationem *ὣς ἔφατ' εὐχόμενος;* anal. *Γ* 355, 369.

In concl. *Γ* 302:

ὣς ἔφαν, οὐδ' ἄρα πώ σφιν ἐπεκραίαινε Κρονίων

forma *ὣς ἔφαν* recc. (cap. V); anal. recc. *K* 295; *κ* 422, 475; hymn. in Cer. 118.

Ind. *Γ* 319:

ὧδε δέ τις εἴπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε

rec., cf. cap. II et XV.

Concl. *Γ* 324:

ὣς ἄρ' ἔφαν, πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ

rec., cf. cap. V.

Ind. *Γ* 350: *ἐπευξάμενος Διὶ πατρί* rec., al. *εὐχόμενος*. anal. *Z* 475 (rec.); sim. *υ* 60 (*ἐπεύξατο*); *υ* 97 (*εὔξατο*).

Concl. *Γ* 355 (= *Γ* 369): *ἦ* (*ῥα*) *καί* post precationem rec.; cf. ad *Γ* 292.

Ind. *Γ* 389 (= *Γ* 413):

τῇ μιν ἐεισαμένη προσεφώνεε δῖ' Ἀφροδίτη

rec.; cf. cap. XIII.

Ind. *Γ* 427: *πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ*[1]) recc.; cf. cap. XVI.

Ind. *Γ* 437:

τὸν δὲ Πάρις μύθοισιν ἀμειβόμενος προςέειπεν

recc., anal. *Ψ* 794; *δ* 234, 484; *τ* 252; *ω* 350; sim. *ἐπέεσσι ἀμειβόμενος προσέειπεν* *ε* 95; *ι* 258; *τ* 214; *φ* 206.

Concl. *Γ* 461:

ὣς ἔφατ' Ἀτρεΐδης, ἐπὶ δ' ᾔνεον ἄλλοι Ἀχαιοί

rec.; de circumscriptione nominis proprii (*Ἀτρεΐδης*) cf. cap. XXV. Ceterum *ἄλλοι* usurpatur pro *οἱ ἄλλοι*.

Δ.

Ind. *Δ* 6:

κερτομίοισι ἔπεσσι παραβλήδην ἀγορεύων

recc.; *παραβλήδην* sing. dict., sim. *Δ* 292: *ὑποβλήδην ἠμείβετο*. De *ἀγορεύειν* verbo recenti cf. cap. XVIII.

Ind. *Δ* 24:

Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα

rec., nam

1) deest obiectum ad *προσηύδα;*

2) *ἀλλά* offendit; legi resp. *δέ;* anal. *ι* 282, 501;

3) *ἀλλὰ προσηύδα* iteratur *Θ* 461 (*Κόλος μάχη !*); *Μ* 353; *Ρ* 707; *κ* 400, 455; *ψ* 208; *ω* 320.

Concl. *Δ* 85: *ὣς ἄρα τις εἴπεσκεν* . . .,[2]) quae inductioni *ὧδε δέ τις εἴπεσκε* accuratissime respondet, manifesto novicia

---

1) Rob. pg. 206 mirum in modum hunc versum non inter suspectos numerat. Rectius iudicabant Lachmannus et Benicken et Cauer pg. 235, qui eiciunt *Γ* 383—448.

2) Inductiones orationum quas »fictas« nuncupavi: *ὧδε δέ τις εἴπεσκε κτλ.* infra non iam enumerabimus, quod crimen apertum in iis est et quod iam in cap. XV tractatae sunt.

est; anal. *P* 423; *X* 375 (uterque recc.); *δ* 772; *ν* 170; *ψ* 152. De verbo sero *εἰπεῖν* cf. cap. XV.

Concl. *Δ* 104: *ὣς φάτ' Ἀθηναίη* rec. Subiectum additur, ut recordemur non hominem immo deam ipsam verba fecisse. Hic usus in vetere Iliade angustissimis finibus coercetur.

Ind. *Δ* 154/55:

τοῖς δὲ βαρὺ στενάχων μετέφη κρείων Ἀγαμέμνων,
. . ., ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι

recc.

1) propter verbum *μετέφη* (cap. XII);

2) propter sententiam *ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι*, de qua cf. cap. I.[1])

Concl. et ind. *Δ* 192:

ἦ καὶ Ταλθύβιον θεῖον κήρυκα προσηύδα

rec., cf. cap. IX.

Ind. *Δ* 232/33:[2])

καί ῥ' οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων,
τοὺς μάλα θαρσύνεσκε χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν

ipsa crimen profitetur; cf. *B* 188/89 et *B* 198/99.

Ind. *Δ* 240 omissa summatione priorum verborum statim auctor continuat dialogum (*Δ* 240):

οὕστινας αὖ μεθιέντας ἴδοι στυγεροῦ πολέμοιο,
τοὺς μάλα νεικείεσκε χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν.

Denique omnes hae adhortationes comprehenduntur uno versu *Δ* 250:

ὣς ὅ γε κοιρανέων ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν,

---

1) Christ sub margine ad *Δ* 153 adnotavit: »*τοῖς δέ A. C. D: τὸν δέ L. N., quo recepto v. 154 delendus erit*«, sed velim demonstret mihi aliquis vel unam inductionem, ubi dicatur *τὸν δέ . . . μετέφη*. Immo vero *μετέφη* pro natura praepositionis *μετά* semper cum plurali numero *τοῖς* coniungitur. Itaque ponendum est aut *τοῖς δέ . . . . μετέφη* aut *τὸν δέ . . . . προσέφη*, id quod in cod. C legitur; quod si recipitur, *Δ* 154 deesse potest, sed causam qua cogamur, ut eum eiciamus, equidem non video.

2) De carmine *Δ* 223—421 adeas Rob. pg. 210.

formula sane mira et insolita! Sicut apud poetas recentiores et apud orationis solutae scriptores dicitur, quid fecerit Agamemno, at non, quid dixerit (cf. cap. VIII).[1])

Ind. Δ 256:

αὐτίκα δ' Ἰδομενῆα προσηύδα μειλιχίοισιν

rec.; de adverbio αὐτίκα cf. cap. I; de locutione μειλιχίοισιν cf. ad Α 539.

Ind. Δ 265:

τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεὺς Κρητῶν ἀγὸς ἀντίον ηὔδα

rec., cf. cap. XXI.

Ind. Δ 301/2:

ἱππεῦσιν μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο· τοὺς γὰρ ἀνώγειν
σφοὺς ἵππους ἐχέμεν μηδὲ κλονέεσθαι ὁμίλῳ

interpol. Accurate de hoc loco actum est in cap. XXIV.

Concl. Δ 310: ὣς ὁ γέρων ὤτρυνε . . . interpol., sing. dict. tali loco; aemulatur inductionis liberiorem et ornatiorem dictionem; cf. cap. VIII.

Ind. Δ 356/57:

τὸν δ' ἐπιμειδήσας προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων
ὡς γνῶ χωομένοιο· πάλιν δ' ὅ γε λάζετο μῦθον

recc.

1) plane abhorret abundantia dictionis a simplicitate et breviloquentia Homerica: »Zu ihm sprach lächelnd . . ., als er ihn zürnen sah, und ergriff wieder das Wort«;

2) Δ 356 habet anal. Θ 38; Κ 400; χ 371 (omnes recc.);

3) πάλιν δ' ὅ γε λάζετο μῦθον semel iteratur ν 254;

4) γιγνώσκειν cum genetivo copulatum apud Hom. bis exstat: φ 36; ψ 109; utroque loco accedit ἀλλήλων. Sim. prosae orationis genus dicendi. At tamen Δ 357 non delendus est, quod eius color congruit cum totius episodii sera aetate.

Ind. Δ 403:

τὸν δ' υἱὸς Καπανῆος ἀμείψατο κυδαλίμοιο

recc.

---

1) Versibus Δ 223—251 simillimi et fortasse ex eadem fabrica orti sunt Β 188—207.

1) ἀμείψατο sing. dict.; sim. ψ 541/42: εἰ μὴ δίκῃ ἠμείψατο;

2) seram aetatem profitetur circumscriptio nominis proprii υἱὸς Καπανῆος; cf. cap. XXV.

Concl. Δ 514:

ὣς φάτ' ἀπὸ πτόλιος δεινὸς θεός· αὐτάρ . . .

interpol.; valde offendit

1) quod additur, ubi deus verba fecerit (ἀπὸ πτόλιος);

2) anal. non nisi apud posteriores;

3) de circumscripto nomine proprio δεινὸς θεός cf. cap. XXV;

4) de recenti particula αὐτάρ cf. cap. XXVI.[1])

E.

Concl. *E* 106 et 121: ὣς ἔφατ' εὐχόμενος rec., εὐχόμενος altero loco (*E* 106) significat »se iactans«, altero (*E* 121) »orans«. De participiis ad ὣς ἔφατ' adiectis cf. cap. VI.

Concl. *E* 101:

τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄυσε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός

rec., cf. cap. XXV.

Concl. *E* 111: ὣς ἄρ' ἔφη rec., cf. cap. X.

Ind. *E* 114:

δὴ τότ' ἔπειτ' ἠρᾶτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης

rec., de particulis δὴ τότ' ἔπειτα, quae analogia carent, cf. cap. I; sim. *E* 471, 784; ω 213 (ἔνθα); ἀράομαι exstat *A* 35, 351; *Z* 304; *K* 277, 283 (omnes lo. recc.); δ 761; ζ 323; ν 355.

Ind. *E* 170:

στῆ δὲ πρόσθ' αὐτοῖο, ἔπος τέ μιν ἀντίον ηὔδα

---

1) Iure Payne Knight seclusit Δ 507—516. Optime Rob. pg. 176 Δ 473—516 »plane ionicos« nuncupat; idem statuit Cauer, Grundfr. pg. 243.

recc.; de forma *ἀντίον ηὔδα* cf. cap. XXI. At *E* 170 a similibus differt eo, quod *ἀντίον ηὔδα* non significat *respondit*, immo *eum allocutus est*, nam Aeneas antea cum Pandaro nondum rem habuit. Eadem ratione dicendi memorabiles sunt *Θ* 200 et *Ω* 333 (recc.).

Concl. *E* 239:

ὣς ἄρα φωνήσαντες, ἐς ἅρματα ποικίλα βάντες

recc.; pluralis numerus *φωνήσαντες* al. non exstat (cf. cap. IV); dualis numerus *ὣς ἄρα φωνήσαντε* exstat *Z* 232; *K* 349. Idem asyndeton *φωνήσαντες — βάντες* legitur *Z* 232: *φωνήσαντε — ἀΐξαντε.*[1])

Concl. *E* 274:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

rec., cf. capp. III et XVIII.[2])

Ind. *E* 284: *τὸν δ' οὐ ταρβήσας προσέφη* rec.; anal. *Λ* 384 (Rob. pg. 462); *Y* 430.

Concl. *E* 290: *ὣς φάμενος προέηκε* rec.; cf. cap. XXII; anal. *E* 835; *X* 247, 460 (loci recc.); *κ* 446; *λ* 150 (addito subiecto *ψυχή*); *σ* 206; *ψ* 85, 429.

Concl. *E* 352 tripertita:

ὣς ἔφαθ', ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς

rec., cf. cap. IX.

Concl. *E* 431:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

rec., cf. cap. III. Iterum hoc versu pars ipsa postea inserta summatur (Rob. pg. 184).

Ind. *E* 454:

δὴ τότε Θοῦρον Ἄρηα προσηύδα Φοῖβος Ἀπόλλων

rec.; particulae *δὴ τότε* ante or. dir. ponuntur *M* 60, 210

---

1) De affinitate huius libri *E* partis cum illo libri *Z* episodio cf. Rob. pg. 195.

2) Rob. pg. 182 *E* 259—273 valde suspectos habet. Fortasse *E* 274 factus est a versuum *E* 259—273 interpolatore.

(tichomachia); *δ* 69, 542; *ζ* 217, 238; *ϑ* 381, 423, 474, 486; *μ* 153, 270; *π* 56; *τ* 35; *χ* 390; cf. etiam cap. I pg. 13.

Ex versu *E* 471 incipit carmen novicium de Diomedis et Sarpedonis certaminibus.

Ind. *E* 471:

ἔνϑ' αὖ Σαρπηδὼν μάλα νείκεσεν Ἕκτορα δῖον

recc. propter particulam *ἔνϑα,* ex qua saepe carmina postea inserta incipiunt; anal. *E* 784; *ω* 213; in concl. semel *Λ* 22; saepe apud prosaicos; cf. etiam cap. I pg. 13.

Concl. *E* 493 et 655: *ὣς φάτο Σαρπηδών,* manifesto poeta id affectavit, ut illius herois nomen in lucem proponeret; anal. *Λ* 245; *B* 243; *Δ* 104, 514; *M* 80; *N* 748; *X* 224; *α* 420; *β* 146, 296; *υ* 345; *ω* 520, 533, 545.

Concl. *E* 607: *ὣς ἄρ' ἔφη* rec., cf. cap. X.

Ind. *E* 647: *τὸν δ' αὖ ..... ἀντίον ηὔδα* rec., cf. cap. XXI.

Ind. *E* 683: *ἔπος δ' ὀλοφυδνὸν ἔειπεν* rec., anal. *Ψ* 102; *τ* 362.

Ind. *E* 756: *ἐξείρετο καὶ μετέειπεν* rec. propter verbum *ἐξείρετο,* cf. cap. XVII.

Ind. *E* 784—786:

ἔνϑα στᾶσ' ἤυσε ϑεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ,
ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα

valde susp. propter abundantiam versuum *E* 785—786. Jure *E* 785—792 sollicitavit Friedlaender, Kritik pg. 65; *E* 711—792 M. Hauptio praeeunte ab omnibus fere viris doctis damnantur (cf. Rob. pg. 189).

Concl. *E* 792:

ὣς εἰποῦσ' ὤτρυνε μένος καὶ ϑυμὸν ἑκάστου

rec. propter neglectum digamma.

Concl. *E* 835: *ὣς φαμένη* rec., cf. cap. XXII.

Z.

Z 1—118 legi resp., vett. Ind. Z 144:

τὸν δ' αὖθ' Ἱππολόχοιο προσηύδα φαίδιμος υἱός

rec., sing. dict. propter subiecti positionem; sim. *τὸν δ' αὖτε προσέφη* (α 383; δ 641 al.), *τὸν δ' αὖτε προσεφώνεεν* (ω 35, 191 al.); de circumscriptione nominis proprii cf. cap. XXV.

Concl. Z 166:

ὣς φάτο, τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσεν

recc., de pronomine *οἷον* cf. cap. II.

Ind. Z 214: *αὐτὰρ ὃ μειλιχίοισι προσηύδα* — rec., omittitur *ἐπέεσσι* sicut A 539; Δ 256; X 497.

Concl. Z 232: *ὣς ἄρα φωνήσαντε* rec., cf. ad E 239 et cap. IV.

Ind. Z 253:

ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν

rec., memorabilis propter copiam verborum; anal. Z 486; Ξ 232; Σ 384, 423; T 7; β 302; ϑ 291; κ 280; ο 530; omnes lo. recc.

Concl. Z 311/12:

ὣς ἔφατ' εὐχομένη, ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη.
ὣς αἳ μέν ῥ' εὔχοντο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.

Etiamsi hi vv. non vet. sunt, tamen me nihil offendit; sed Christ (prol. § 17) Z 311, i. e. conclusionem ipsam, eicit et ad diasceuastam et versificatorem ineptum refert. Hoc iudicium ego minime probare possum. Si enim deest Z 311, efficitur ratio concludendi, quae sui similem apud Homerum nusquam habet. Nempe modus indicativus verbi *εὔχεσθαι* (precari) ab Homeridis nunquam admittitur post orationes. Immo si retinemus Z 311, omnia suo loco sunt. Hoc affirmo, quamvis damnetur Z 311 a schol. A., ab Aristarcho, Knightio, Bekkero (edit. II.), Nauckio, Ludwichio. — Homerida ille, qui inseruit Z 242—312,

totum hoc episodium, quod est de precatione mulierum, ipso hoc versu *Z* 312 comprehendit et cum versibus genuinis (*Z* 313 seqq.) conseruit. Ceterum exempla similis ubertatis non tam rara sunt. Similem functionem ac *Z* 312 etiam formula

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

habet; cf. ad *E* 274 et *E* 431.

Z 313—336 vett., nihil offendit (Rob. pg. 196).

Concl. *Z* 390: *ἦ ῥα γυνὴ ταμίη* rec.; offendit quod

1) subiectum additur ad *ἦ ῥα* in recentibus tantum partibus;

2) subiectum, si additur, in fine versus locum habet, quae lex praeter *Z* 390 non frangitur nisi *X* 77: *ἦ ῥ' ὁ γέρων* (recc.) et *γ* 337: *ἦ ῥα Διὸς θυγάτηρ*. De circumscripto nomine proprio cf. cap. XXV.

Ind. *Z* 475: *εἶπεν ἐπευξάμενος* rec., cf. ad *Γ* 350.

Ind. *Z* 479:

καί ποτέ τις εἴποι: „Πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων"

interpol., quod dimidium tantum versum explet; cf. praefatio pg. 9; anal. apud Hom. *B* 70/71, saepius post Homerum apud posteriores (Ap. Rhod., Qu. Smyrnaeum, Nonnum, Eudociam al.).

H.

Conclusione *H* 1: *ὣς εἰπών* concluduntur Hectoris verba quae exstant sub finem praecedentis libri *Z*. Vides, quam inepte suo munere functi sint grammatici, qui Homeri carmina in libros distribuerunt. Nam qua ratione conclusio ab oratione quam complectitur removeri poterat?

In ind. *H* 94/95:

ὀψὲ δὲ δὴ Μενέλαος ἀνίστατο καὶ μετέειπεν
νείκει ὀνειδίζων, μέγα δὲ στεναχίζετο θυμῷ

v. *H* 95 genuinae dictioni non concesserim propter ubertatem sententiae. Poeta provocat ad sensus nostros; videmus enim Menelai os ira foedatum et audimus eum suspirantem. Eadem abundantia notabilis est in concl. recenti *H* 120/21:

ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφεόο φρένας ἥρως,
αἴσιμα παρειπών.

Concl. *H* 160: ὣς νείκεσσ' ὁ γέρων[1]) recc. propter verbum descriptivum; cf. cap. VIII.

Concl. *H* 181 (= 206): ὣς ἄρ' ἔφαν recc.; cf. cap. V.

Ind. *H* 277/78: . . . . εἶπέ τε μῦθον
κῆρυξ Ἰδαῖος, πεπνυμένα μήδεα εἰδώς

mihi susp., quod al. post εἶπε τε μῦθον statim or. dir. incipit (cf. *Λ* 647; *Σ* 391; *Ψ* 204), at contra omnem exspectationem subiectum sequitur (*H* 278).

Post or. fictam *H* 301—302 deest solita concl.

Ind. *H* 347: ἦρχ' ἀγορεύειν rec., anal. *Λ* 571; *Σ* 249; *π* 345; *σ* 349; *υ* 359; *χ* 461 et prosa oratio.

Concl. *H* 354: ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο anal. *Α* 68, 101; *Β* 76; *Η* 365; *β* 224. Particula ἦ τοι post Hom. in eiusmodi clausulis disparuit.

Ind. *H* 356:

ὅς μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα

recc.; illa phrasis ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα non exstat nisi *O* 48 et *Ψ* 557 (lo. recc.). Pronomen ὅς habet anal. *K* 318; *Φ* 427 et *υ* 291.

Ind. *H* 384: μετεφώνεεν rec., cf. cap. XII.

Ind. *H* 405: καὶ τότ' ἄρ' Ἰδαῖον προσέφη . . . recc.; particulae καὶ τότ' ἄρ' iterantur *P* 237 (Rob. pg. 80); *P* 651

---

1) cf. Ap. Rhod. I 875: ὣς νείκεσσεν ὅμιλον.

(Rob. pg. 85); *Υ* 375 (Rob. pg. 237); *Ω* 32; *ψ* 247; omnes recc.; cf. cap. I pg. 13.

Concl. *Η* 464:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

rec.; cf. cap. III et id, quod variis locis adnotavi. Ii qui praecedunt versus *Η* 443—464 damnantur a Zen. Aristoph. Ar.

Θ.

Κόλος μάχη.

Ind. Θ 4:

αὐτὸς δέ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον

recc. 1) propter verbum ἀγορεύειν (cap. XVIII);

2) propter alterum hemistichium (scil. θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον), cf. cap. I pg. 14.

Concl. Θ 29:

μῦθον ἀγασσάμενοι, μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσεν

recc., legi resp. ἀπέειπεν; anal. una *Ι* 694 (recc.); de verbo ἀγορεύειν cf. cap. XVIII.

Concl. Θ 97:

ὣς ἔφατ', οὐδ' ἐσάκουσε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς

mihi susp. propter particulam οὐδέ; quae quidem Θ 112 suo loco est, nam ibi verbum ipsum quoque negativum sensum habet: *neque verbo non audiens fuit Nestor*, ita ut duplex negatio affirmationem firmiorem reddat, at οὐδ' ἐσάκουσε mera negatio est, quare exspectaverim ἀλλ' οὔ, sed enim id tali loco apud Homerum non in usu est. Quae cum ita sint, aut libri Θ auctor respuit usum Homericum, aut duo haec particulae elementa οὔ et δέ dissolvenda sunt et in scriptura separatim ponenda οὔ δέ. Idem cadit in tres locos

M 173: ὥς ἔφατ', οὐδὲ Διὸς πεῖθε φρένα ταῦτ' ἀγορεύων
M 329: ὥς ἔφατ', οὐδὲ Γλαῦκος ἀπετράπετ' οὐδ' ἀπίθησεν
Ω 707: ὥς ἔφατ', οὐδέ τις αὐτόθ' ἐνὶ πτόλεϊ λίπετ' ἀνήρ.

Ind. *Θ* 148:

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων

rec. propter verbum ἀγορεύειν (cap. XVIII).

Concl. *Θ* 150: ὥς ποτ' ἀπειλήσει recc. propter verbum descriptivum. Exemplo fuit *Δ* 182, sed imitatori magis placuit verbum compositum ἀπειλήσει; cf. cap. VIII.

Concl. + ind. *Θ* 184:

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο φώνησέν τε

susp., quod contaminatur concl. ὣς εἰπών cum ind. usitata ἐκέκλετο φώνησέν τε; de hoc usu recc. cf. cap. IX; anal. *Ψ* 442; sim. *P* 183, 507 (omnes recc.).

Concl. *Θ* 198: ὣς ἔφατ' εὐχόμενος (i. e. *se iactans*) rec.; de participiis ad ὣς ἔφατ' adiectis cf. cap. VI. Praeterea concl. ad finem tantum orationis quadrat.

Ind. *Θ* 200: ἀντίον ηὔδα recc., hoc loco significat *allocuta est*. cf. ad *E* 170.

Concl. *Θ* 245:

ὣς φάτο, τὸν δὲ πατὴρ ὀλοφύρατο δάκρυ χέοντα

rec., deprompta ex *P* 648 (Rob. pg. 428).

Ind. *Θ* 292: τὸν δ' ἀπαμειβόμενος φροσεφώνεεν rec.; legi resp. προσέφη; anal. recc. *Ξ* 242 (Διὸς ἀπάτη; Rob. pg. 119); ξ 401; π 308.

Ind. *Θ* 398: Ἶριν δ' ὤτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν rec., quod verbo ὀτρύνειν, quo proprie actio exprimitur, inducitur or. dir.; cf. cap. VIII extr.

Ind. *Θ* 412: Διὸς δέ σφ' ἔννεπε μῦθον rec., quod verbum ἐννέπειν sero demum in usum venit; cf. cap. XVI.[1])

---

1) cf. Cauer, Grundfr. pg. 258 seq.

Ind. *Θ* 426: *αὐτὰρ Ἀθηναίην Ἥρη πρὸς μῦθον ἔειπεν* rec. propter particulam *αὐτάρ* (cap. XXVI). Idem valet de ind. *Θ* 446: *αὐτὰρ ὁ ἔγνω ᾗσιν ἐνὶ φρεσί, φώνησέν τε.*

Ind. *Θ* 496: *μετηύδα* rec., cf. cap. XII; exemplo fuisse videtur *B* 109.

Concl. *Θ* 542: *ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευε* recc., sing. dict.; de *ἀγορεύειν* verbo cf. cap. XVIII. Hoc verbum libri *Θ* auctor maxime praedilectum habuit.

I.

Hoc carmen, quasi monobiblos, iam primo obtutu offendit propter amplitudinem orationum, ne dicam propter garrulitatem loquentium, quae ceteris Iliadis partibus deest. Porro mira cum simplicitate et ieiunitate coniungit auctor orationes inter se et cum narratione; nam praeter formulas ex *τὸν δέ*.. incipientes cumulat formulam *ὣς ἔφατ'*. Semel tantum locum concessit verbo *φωνεῖν*.

Accedunt suspecta haec:

Ind. *I* 16: *ὣς ὁ βαρὺ στενάχων ἔπε' Ἀργείοισι μετηύδα* rec., contaminata ex

Σ 323: *ὣς ὁ βαρὺ στενάχων μετεφώνεε Μυρμιδόνεσσιν* et ex formula:

τῷ ὅ γ' ἐρεισάμενος ἔπεα Τρώεσσι (Ἀργείοισι) μετηύδα,

quae quidem bis tantum reperitur: *B* 109 et *Θ* 496. De verbo *μετηύδα* cf. cap. XII.

Ind. *I* 52: *τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετεφώνεε* . . . rec., cf. cap. XII.

Concl. *I* 173:

ὣς φάτο, τοῖσι δὲ πᾶσι ἑαδότα μῦθον ἔειπεν

unam habet anal. *σ* 422.

Ind. *I* 196: *τὼ καὶ δεικνύμενος προσέφη* cum uno versu *δ* 59 congruit. Respicias frequentiam particulae *αὐτάρ* in formulis *I* 206, 212, 215, 222 (cf. cap. XXVI).

Ind. *I* 224: *πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα* recc., ex Od. desumptum, ubi quater exstat: *γ* 41; *ο* 150; *σ* 111 (*δεικανόωντ' ἐπέεσσιν*); *σ* 121 (*δειδίσκετο φώνησέν τε*).

Concl. *I* 259: *ὥς ἐπέτελλ' ὁ γέρων* recc., quod admittitur verbum descriptivum (cap. VIII); anal. *Λ* 790; omnino totus complexus *Λ* 596—848 cum hoc de quo agitur carmine *I* affinitate coniunctus est; ibi quoque eadem amplitudo orationum dir. notanda est.

In ind. *I* 432/33:

ὀψὲ δὲ δὴ μετέειπε γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ
δάκρυ ἀναπρήσας, περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν

v. 433 abundat et factus est ab interpolatore, qui intexuit *I* 433—623 (Rob. pg. 498).

Concl. *I* 620: *ἦ καὶ Πατρόκλῳ ὅ γ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε σιωπῇ* interpol. propter illud *ὅ γε*, quod anal. caret; cf. quod in cap. XXIII de hoc versu notavi (pg. 62).

Ind. *I* 622/23: . . . *τοῖσι δ' ἄρ' Αἴας*
ἀντίθεος Τελαμωνιάδης μετὰ μῦθον ἔειπεν

interpol., quod in medio versu incipit neque infra unius versus fines se continet, id quod efficitur inani appositione *ἀντίθεος Τελαμωνιάδης*, qui abusus in sera demum arte epica observatur. Manifesto hoc versu interpolator additamentum suum cum vetustioribus versibus conglutinavit. Locutio illa *μετὰ μῦθον ἔειπεν* exstat *Γ* 303 (Rob. pg. 206); *Υ* 114, 292; *Ω* 777 (omnes recc.).

Ind. *I* 672: *πρῶτος δ' ἐξερέεινε* rec. propter verbum *ἐξερεείνειν*; cf. cap. XVII; anal. *Κ* 543; sim. *Κ* 81 (= *ρ* 305): *ἐξερεείνετο μύθῳ*.

In concl. *I* 693/94: *ὣς ἔφαθ', οἳ δ' ἄρα* . . . .
μῦθον ἀγασσάμενοι, μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσεν,

v. *I* 694 valde susp., anal. una *Θ* 29 (supra pg. 86). Eiecerunt *I* 694 Aristoph. Ar., ne scripsit quidem Zen., at tamen in hoc carmine recentissimo tolerabilis est.

K.
Dolonia.

Praevalent formulae abbreviatae incipientes ex *τὸν δέ*..., quarum provincia etiam in Odyssea maxima est. Inveniuntur autem in Dolonia 20[iens]; concl. *ὣς ἔφατ'* legitur 11[iens]. Eae quae restant omnes fere legibus dictionis Hom. non oboediunt. In concl. *K* 72:

ὣς εἰπὼν ἀπέπεμπεν ἀδελφεόν, εὖ ἐπιτείλας

partic. *ὣς εἰπών* poetae nimis debile videbatur, ita ut adiceret illud *εὖ ἐπιτείλας*. Sim. *Y* 340 (*ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα*); *δ* 767; *κ* 76; *σ* 340.

Ind. *K* 81: *Ἀτρεΐδην προσέειπε καὶ ἐξερεείνετο μύθῳ* recc.; anal. *ϱ* 305; cf. cap. XVII et supra ad *I* 672.

Ind. *K* 158:

λὰξ ποδὶ κινήσας, ὤτρυνέ τε νείκεσέ τ' ἄντην

manifesto ex aliis partim Odysseae versibus consuta est (cf. *ϑ* 158; *ο* 45 etc.).

In ind. *K* 190/91: ... *θάρσυνέ τε μύθῳ*
καί σφας φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,

v. *K* 191, qui in uno cod. C exhibetur, iure a Christio spurius habetur. Locutio *K* 190: *θάρσυνέ τε μύθῳ* plane sufficit, quin etiam sententiam *K* 191 supervacaneam reddit. Sim. *Δ* 233: *τοὺς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσιν*.

Concl. *K* 240: *ὣς ἔφατ', ἔδεισεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ* offendit, nam

1) perraro post *ὣς ἔφατ'* idem subiectum retinetur;

2) additur, qua de causa Agamemno illa verba fecerit, quod tali complexioni minus aptum est; nam eum de fratre timorem habere iam ex ipsa eius oratione auditores per-

ceperunt. Itaque non miror, quod schol. A (*ἀθετεῖται οὐδὲ ἐν τῇ Ζηνοδότου ἦν*) *K* 240 spurium ducunt. Ego tamen eum ex tam serae originis carmine eicere non audeo.

Concl. *K* 254: *ὣς εἰπόνθ' ἐδύτην* recc.; cf. cap. IV; sim. *Φ* 298.

Ind. *K* 283: *δεύτερος αὖτ' ἠρᾶτο..* recc.; similis enumeratio *Γ* 191 (rec.).

Concl. *K* 292: *ὣς ἔφαν εὐχόμενοι* sing. dict. et recc., cf. cap. V.

Ind. *K* 302:

τοὺς ὅ γε συγκαλέσας πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν

recc., fluxit ex B 55.

Ind. *K* 318: *ὅς ῥα τότε.. μῦθον ἔειπεν* recc.; ad *ὅς* cf. *H* 356; *ῥα τότε* ex Od. fluxit, ubi frequentissimum est.

Concl. + ind. *K* 328:

ὣς φάθ', ὃ δ' ἐν χερσὶ σκῆπτρον λάβε καί οἱ ὄμοσσεν

recc.; cf. cap. IX; ind. *καί οἱ ὄμοσσεν* fortasse ex *Ψ* 42 sumpta.

Concl. *K* 332: *ὣς φάτο καί ῥ' ἐπίορκον ἐπώμοσε* recc., *ἐπίορκον ὀμνύναι* al. significat »periurium dare«, sed Hector hic cum iure iurando pollicetur aliquid, quod non eventurum est.

Concl. *K* 349: *ὣς ἄρα φωνήσαντε* recc.; cf. cap. IV.

Ind. *K* 377: *ὃ δὲ δακρύσας ἔπος ηὔδα* recc.; partic. *δακρύσας* al. non ad *ἔπος ηὔδα* adicitur.

Ind. *K* 390:

τόν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Δόλων, ὑπὸ δ' ἔτρεμε γυῖα

al. non exstat; recc., quod praemittit auctor id, quod simul cum oratione fit; cf. cap. I pg. 14.

Ind. *K* 400: *τὸν δ' ἐπιμειδήσας προσέφη* rec., anal. *Δ* 356; *Θ* 38; *χ* 371 (rec.).

Concl. *K* 454:

ἦ (scil. Diomedes) *καὶ ὃ μὲν* (scil. Dolon) *μιν ἔμελλε γενείου*

normae repugnat, quod post ἦ καί non idem subiectum retinetur; anal. una *Φ* 233 (recc.); cf. cap. XXIII.

Ind. *K* 461: *καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα* susp., quod hoc uno loco partic. *εὐχόμενος* significat *orans*, al. semper *se iactans*.

Concl. *K* 465: *ὣς ἄρ' ἐφώνησεν* ex Od. desumpta est; nam invenitur praeter *T* 276 (interpol.) non nisi in Od. *β* 277; *κ* 229; *ρ* 57; *τ* 29; *φ* 163, 386; *χ* 398. Plura offert cap. XIV.

Ind. *K* 476: *τὸν δ' Ὀδυσεὺς . . . Διομήδεϊ δεῖξεν* recc., quod mero verbo monstrandi inducitur or. dir.; cf. cap. VIII extr.

Ind. *K* 540: *Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί* recc.; accurate haec dictio illustrata est in cap. I pg. 5. Anal. *π* 11, 351, unde depromptus est v. *K* 540.

Certe consentaneum est ex his observationibus agi de novissimo carmine Iliadis neque pauca desumpta essc ex Odysseae usu loquendi. Idem statuerunt Rob. pg. 501, Gemoll in Hermae tom. XIV pg. 557 seqq., alii.

Λ.

Agamemnonis aristia vetusta est exceptis his fere versibus:

Ind. *Λ* 130: *τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην* rec., quod verbo *γουνάζεσθαι* proprie non nisi motus exprimitur; cf. cap. VIII extr.; anal. una *O* 660 (partic., lo. rec., Rob. pg. 149).

Concl. + ind. *Λ* 136/37:

ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα
μειλιχίοισι ἔπεσσιν, ἀμείλιχον δ' ὄπ' ἄκουσαν

iam in capp. IV et XXI novissimae aetati assignata est. Idem iudicat Rob. pg. 160.

Concl. *Λ* 592: *ὣς ἔφατ' Εὐρύπυλος βεβλημένος* recc., nam non solum additur subiectum *Εὐρύπυλος*, sed

etiam partic. *βεβλημένος*, qui usus dicendi anal. apud Hom. caret; cf. cap. VI (idem iudicat Rob. pg. 107).

Ind. *Λ* 647:

Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἀ ν α ί ν ε τ ο ε ἶ π έ τ ε μ ῦ θ ο ν

recc. propter verbum *ἀναίνετο;* cf. cap. XXIV; anal. una *Ψ* 204 (recc.); *εἶπέ τε (δὲ) μῦθον* exstat *Η* 277; *Σ* 391 (rec.); *ε* 338; *ϑ* 302; *ξ* 494.

Ind. *Λ* 785: *σοὶ δ' αὖθ' ὧδ' ἐ π έ τ ε λ λ ε* recc.

1) quod ponitur adverbium *ὧδε* (cf. cap. II),

2) sim. *Ι* 252: *ἐπετέλλετο.*

Concl. *Λ* 790: *ὣς ἐ π έ τ ε λ λ' ὁ γέρων* recc. propter verbum descriptivum *ἐπιτέλλειν;* cf. cap. VIII; anal. una *Ι* 259.[1])

Ind. *Λ* 822: *τὸν δ' αὖτ' . . . ἀ ν τ ί ο ν η ὔ δ α* rec., cf. cap. XXI.

M.
Tichomachia.

Ind. *M* 60: *δ ή τ ό τ ε . . . εἶπε παραστάς* rec. propter particulas *δή τότε,* cf. cap. I; anal. *E* 454; *M* 210; *Ψ* 722 (omnes rec.); plures in Od.

Concl. *M* 80: *ὣς φάτο Πουλυδάμας* rec., quod additur subiectum ad *ὣς φάτο* (cf. ad *E* 493).

Ind. *M* 162/63:

δ ή ῥ α τ ό τ' ᾤ μ ω ξ ε ν κ α ὶ ὢ π ε π λ ή γ ε τ ο μ η ρ ώ
Ἄ σ ι ο ς Ὑ ρ τ α κ ί δ η ς, κ α ὶ ἀ λ α σ τ ή σ α ς ἔ π ο ς η ὔ δ α

recc. 1) propter particulas *δή ῥα τότε,* quae anal. non nisi in Od. habent, cf. *ζ* 217, 238; *ϑ* 423;

2) offendit plenior illa descriptio gemitus et eius, quod agit Asius;

3) partic. *ἀλαστήσας* (*cum indignatione*) al. non additur ad phrasin *ἔπος ηὔδα.*

---

1) cf. etiam Ap. Rhod. I 674, 1091, 1289; II 242, 1201.

In concl. *M* 173:[1])

ὣς ἔφατ᾽, οὐδὲ Διὸς πεῖθε φρένα ταῦτ᾽ ἀγορεύων

offendit

1) *ταῦτ᾽ ἀγορεύων*, quod plane abundat;
2) particula *οὐδέ*, de qua ad *Θ* 97 verba fecimus;
3) pronomen *ταῦτα*, cf. cap. II;
4) verbum *ἀγορεύειν*, quod recens est, cf. cap. XVIII.

Ind. *M* 210 ∙ *M* 60.

Ind. *M* 265–268:

ἀμφοτέρω δ᾽ Αἴαντε κελευτιόωντ᾽ ἐπὶ πύργων
πάντοσε φοιτήτην, μένος ὀτρύνοντες Ἀχαιῶν.
ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖσι ἔπεσσιν
νείκεον, ὅντινα πάγχυ μάχης μεθιέντα ἴδοιεν

valde susp. propter nimiam abundantiam. Manifesto imitatur auctor *B* 188 seqq. et *Δ* 232 seqq. Nihilominus non assentior Christio adnotanti ad *M* 266–267: »*ipse . . . deleverim*«, quoniam totum episodium serae originis est.

Concl. *M* 277:

ὣς τώγε προβοῶντε μάχην ὤτρυνον Ἀχαιῶν

sing. dict.; manifesto fluxit ex *B* 207 et *Δ* 250; cf. cap. VIII.

Concl. *M* 329:

ὣς ἔφατ᾽, οὐδὲ Γλαῦκος ἀπετράπετ᾽ οὐδ᾽ ἀπίθησεν

susp. propter particulam *οὐδέ*, de qua cf. ad *Θ* 97.

Ind. *M* 342: *αἶψα δ᾽ ἐπ᾽ Αἴαντε προΐει κήρυκα Θοώτην* recc., quod mero verbo mittendi inducitur or. dir., cf. cap. VIII extr.

Ind. *M* 353: *εἶθαρ δὲ προσηύδα* rec. propter particulam *εἶθαρ*, quae duas anal. habet *P* 119, 707 (rec.).

In ind. *M* 408: *κέκλετο δ᾽ ἀντιθέοισι ἑλιξάμενος Λυκίοισιν*

---

1) *M* 162–174 et *M* 175–181 iam Lachmannus in suspicionem vocavit, et *M* 162–181 damn. Benicken, Studien pg. 362.

offendit partic. ἑλιξάμενος. Tota formula contaminata est ex *M* 467 (in media narratione): κέκλετο δὲ Τρώεσσι ἑλιξάμενος et *Π* 421:

κέκλετο δ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισιν.

Concl. *M* 413:

ὣς ἔφαθ', οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδείσαντες ὁμοκλήν

rec., quod illo addito substantivo ὁμοκλήν orationis praecedentis natura significatur ut *hortatio* sive *stimulatio*; sim. *Ψ* 417 et prosa oratio.

Concl. *M* 442:

ὣς φάτ' ἐποτρύνων, οἱ δ' οὔασι πάντες ἄκουον

recc., nam

1) additur participium ἐποτρύνων, quod anal. caret; cf. cap. VI;

2) propter alterum hemistichium, ubi illud οὔασι paene absurdum esse sentio.

N.

Μάχη ἐπὶ ταῖς νανσίν.

Concl. *N* 59: ἦ καὶ σκηπτανίῳ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος rec. propter circumscriptionem nominis proprii, de qua cf. cap. XXV.

Ind. *N* 66: τοῖιν δὲ γνῶ .. Ὀιλῆος ταχὺς Αἴας susp. propter miram illam circumscriptionem Οἰλῆος, ubi contra omnem usum deest υἱός; anal. *B* 527; *Ξ* 442; *P* 256; *Ψ* 473, 488, 754.

In concl. *N* 81/82:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον
χάρμῃ γηθόσυνοι, τήν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ

susp. v. *N* 82, quo amplificatur contra consuetudinem ipsa stabilis concl. *N* 81; anal. deest.

Ind. *N* 94:

τοὺς ὅ γ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα

rec.; anal. recc. *N* 480 (Rob. pg. 113); *P* 219 (Rob. pg. 559: Ilias IV); *o* 208.

Concl. *N* 125: ὥς ῥα κελευτιόων . . . ὦρσεν valde susp., quod verbum descriptivum κελευτιόων omnes leges dictionis Homericae frangit; cf. cap. VIII; anal. non nisi apud posteriores.

Concl. *N* 155: ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου semper ion. propter neglectum digamma; anal. *E* 470, 792; *Z* 72; *Λ* 291 [1]); *O* 500, 514, 667; *Π* 210, 275; *ϑ* 15.

In ind. *N* 215—218: . . . τὸν δὲ προσέφη κρείων Ἐνοσίχθων
εἰσάμενος φθογγὴν Ἀνδραίμονος υἷι Θόαντι,
ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι
Αἰτωλοῖσι ἄνασσε, θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ

offendit 1) immensa ubertas versuum *N* 216—218, quibus inductio *N* 215 ab or. directa separatur;

2) quod in medio versu 215 inductio incipit; anal. *N* 248 et apud epigonos.

Ind. *N* 221 = 254, 259, 266, 274, 311 τὸν δ' αὖτ' ἀντίον ηὔδα rec., cf. cap. XXI.

Concl. *N* 239: ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἔβη θεός . . . rec., cf. cap. XXIII.

Ind. *N* 373: ὃ δ' ἐπεύξατο φώνησέν τε rec., anal. deest; sim. *N* 413, 445; *Ξ* 453, 478: ἐπεύξατο μακρὸν ἀύσας.

Concl. *N* 417: ὣς ἔφατ', Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο rec. propter illud partic. εὐξαμένοιο, quod adiecit auctor ad formulam *Λ* 188. De genetivo εὐξαμένοιο cf. cap. XXVII; anal. una *Ξ* 458 (cf. Rob. pg. 111).

Concl. *N* 748: ὣς φάτο Πουλυδάμας rec., sicut *M* 80 auctor illius herois nomen auditorum animis imprimere studet. Omnino in Iliade subiectum ad ὣς φάτο 8 iens tantum adicitur.

---

1) quem Rob. pg. 306 mutavit, ut in genuinam Iliadem quadraret.

Concl. *N* 821: *ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δέξιος ὄρνις* rec. propter dativum participii *εἰπών*, de quo genere dicendi in cap. I disputavimus; anal. *Π* 502, 855; *X* 361; *ο* 160, 525; *ε* 313. Me iudice *N* 821 contra Roberti (pg. 119) opinionem ionicae interpolationi quae praecedit (*N* 817—820) adnumerari debet.

Ind. *N* 823: *ὃ δ' ἀμείβετο φαίδιμος Ἕκτωρ* susp., nam

1) contra genuinae Iliadis usum ind. in medio versu incipit;

2) forma *ἀμείβετο* recens est, exstat enim *Γ* 171, 228 (rec.); *Υ* 199; *Ω* 200, 424; *δ* 382; *ζ* 67; *ι* 272, 368; *κ* 487, 503; *μ* 115; *ο* 434, 439.

Quae cum ita sint, finem libri *N* inde a versu 817 genuinae Iliadi tribuere non licet.

Ξ.

Διὸς ἀπάτη.

Ind. *Ξ* 2: *ἀλλ' Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα* recc. propter particulam *ἀλλά*; legi resp. *δέ* vel *αὐτάρ* (Rob. pg. 554), anal. *ι* 258, 282, 501.

Ind. *Ξ* 41: *τὸν καὶ φωνήσας προσέφη* ... recc., unam tantum anal. habet *ξ* 349.

Ξ 44—48 Rob. pg. 131 genuinae Iliadi tribuit, sed mihi locus susp. est

1) quod *Ξ* 46—47 or. obliqua exstat;

2) ind. *Ξ* 45:

ὥς ποτ' ἐπηπείλησεν ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων

susp. propter geminationem verborum *ἐπηπείλησεν* et *ἀγορεύειν*, ex quibus hoc alterum rec. est (cf. cap. XVIII);

3) concl. *Ξ* 48: *κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε* manifesto interpol. est (cf. cap. II). Quae cum ita sint, *Ξ* 30—51 nullo versu excepto interpolatori adscribendi sunt.[1])

1) contra Rob. pg. 131.

Post orationem Ξ 104—108 deest concl., omisit eam is, qui sero intexuit Ξ 109—152 (Rob. pg. 129).

Ind. Ξ 197: τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα . . rec. videtur; anal. Ξ 300, 329; T 106 (omnes rec.).

Ind. Ξ 218: ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν ion. videtur; offendit ubertas sententiae. Exstat A 361;[1] Γ 398; E 372; Z 253, 406, 485; H 108; Ξ 232, 297; O 552; Σ 384, 423; T 7; Φ 356; Ω 127, 286; 26[iens] in Od.

Ind. Ξ 242: τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεεν . . recc., legi resp. προσέφη; anal. Θ 292 (recc.), ξ 401; π 308.

Concl. + ind. Ξ 270:

ὣς φάτο, χήρατο δ' Ὕπνος, ἀμειβόμενος δὲ προσηύδα

recc., concl. cum inductione copulata est (cf. cap. IX); praeterea formula tripertita est; anal. P 33; Y 353; Ω 200, 424 (recc.); saepe in Od.

Concl. Ξ 346:

ἦ ῥα καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν

recc. 1) propter circumscriptionem nominis proprii (cf. cap. XXV);

2) quod contra usum subiectum non in fine versus locum habet.

Ind. Ξ 453 et 478: ἔκπαγλον ἐπεύξατο μακρὸν ἀΰσας rec., anal. N 413.

Concl. Ξ 458 et 486 εὐξαμένοιο rec., anal. N 417.

Concl. Ξ 475: ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων[2]) recc., quod contra usum Hom. additur participium ad ἦ ῥα; anal. apud Ap. Rhod. I 438; II 19 etc.

Ind. Ξ 499/500: ὃ δὲ φὴ κώδειαν ἀνασχὼν

πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα

susp., offendit 1) plenitudo totius sententiae;

---

1) Unus A 361 in Roberti vetustissima Iliade legitur, sed iam compluribus locis in libri A fine ionicae dictionis vestigia elucebant.

2) partic. = concessivum.

2) illud φή = ὡς, nisi forte cum codd. C D et Ar. scribendum est δ' ἔφη;

3) verbum φράζειν recc., anal. in ind. ο 424 (interpol.), anal. in concl. Υ 340 (= ρ 590).

O.

Ind. O 13: δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν rec., anal. deest; contaminatio facta ex formula trita τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη ... et ex Π 706: δεινὰ δ' ὁμοκλήσας et al.

Or. ficta O 82: ..... νοήσῃ:

»ἔνθα εἴην ἢ ἔνθα«......

interpol., quod ne unius quidem versus circuitum assequitur; cf. praef. pg. 9; anal. Ζ 479 (interp.).

Concl. O 100: ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη recc., anal. nusquam; confusa ex formulis tritis ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη et ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

Ind. O 103: πᾶσιν δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα rec., nam 1) de μετηύδα cf. cap. XII;

2) partic. νεμεσσηθεῖσα anal. caret;

3) sententia ex medio versu incipit, quod iteratur semel ψ 569 (recc.).

Concl. O 113: ὣς ἔφατ', αὐτάρ ... recc. propter particulam αὐτάρ; anal. non nisi in Od.; cf. cap. XXVI; respicias, quod ibi pg. 66 adnot. 1 contra Robertum contendimus.

Concl. O 119: ὣς φάτο καί ῥ' ἵππους κέλετο ... rec. propter particulam καί ῥα, quae exstat Κ 332; Ρ 342 (Rob. pg. 82); υ 54; φ 80, 175; ω 520.

Ind. O 127: ἣ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο..., susp., quamquam Rob. eam veterem esse censet; nam 1) sententia in medio versu incipit;

2) ἔπεσσι καθάπτεσθαι exstat β 39; γ 345; κ 70; ω 393; sim. Π 421 (rec.).

Concl. Ο 149: ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα πάλιν κίε... rec.; legi resp. ἀπέβη vel ἀπεβήσετο.

Ind. Ο 220: καὶ τότε ... προσέφη rec. propter particulas καὶ τότε, quibus is interpolator, qui fecit Ο 220—232, suum additamentum coepit; cf. Π 666; Φ 228 et al.

Ο 233—342 vett., nihil offendit.

Concl. Ο 405:

τὸν μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντα πόδες φέρον. αὐτὰρ Ἀχαιοί

rec., cf. quod in cap. I pg. 15 exposuimus. »Während er noch so sprach, trugen ihn ....« Illam sententiam Ο 405 insertis demum versibus Ο 405—414 hodiernam formam accepisse mihi constat.

Concl. Ο 442 rec., tripertita, cf. cap. IX.[1])

Concl. Ο 500 (= Ο 514 et Ο 667): καὶ θυμὸν ἑκάστου ionica est propter neglectum digamma.

Ind. Ο 552: ἐνένιπε, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν

rec. 1) propter verbum ἐνένιπε (cf. cap. XVI);

2) quod alterum hemistichium novicium esse ad Ξ 218 statuimus.

Concl. Ο 559 (= 572):

ὣς εἰπὼν ὃ μὲν ἦρχε, ὃ δ' ἅμα rec., cf. cap. XXIII.

Ind. Ο 660:

λίσσεθ' ὑπὲρ[2]) τοκέων γουνούμενος ἄνδρα ἕκαστον

rec. propter partic. γουνούμενος; anal. una Λ 130 (rec.).

---

1) Ο 443—458 Rob. pg. 141 ut novicios notat, sed eum Ο 442 adsumere debuisse patet.

2) i. e. »bei«.

Π.

Concl. *Π* 46—48:

ὣς φάτο λισσόμενος μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλεν
οἷ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι.
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς

valde susp., quod 1) additur λισσόμενος μέγα νήπιος κτλ., quod plane abhorret ab usu Hom.; cf. cap. VI; anal. nulla apud Hom., plures apud epigonos;

2) formula *Π* 48 τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη al. semper nude duas or. dir. inter se coniungit; cf. *Ρ* 18; *Σ* 97; *Χ* 14; *δ* 30; 332; *ο* 325;

3) exemplo fuisse videntur versus tales ut *Μ* 113 seqq. et *Ρ* 497 seqq.;

4) illa pars carminis *Π* 40 seqq. retractationem ionicam perpessa est. Quae cum ita sint, *Π* 46—47 ex genuina Iliade elidendos esse confido.[1])

Concl. *Π* 100: ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον rec., cf. cap. III, praecedunt iterum interpolationes.

Ind. *Π* 199: κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν ex *Α* 326 fluxit.

Ind. *Π* 202: καί μ' ᾐτιάασθε ἕκαστος anal. apud Hom. caret.

Concl. *Π* 207: ταῦτα μ' ἀγειρόμενοι valde susp. 1) propter pronomen ταῦτα (cap. II); 2) verbum ἀγείρεσθαι sing. dict. tali loco.

Concl. *Π* 210 et 275 ∗ *Ο* 500.

Ind. *Π* 231/32: εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον
οὐρανὸν εἰσανιδών. Δία δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον

rec. 1) propter ubertatem sententiae;

2) quod praemittit auctor, quid oratione effectum sit; cf. cap. I pg. 14.

---

1) contra Rob. pg. 94; *Π* 40—45 eiecit Bergk, Gr. Lit. 616.

Ind. *Π* 421:

κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος[1]) Λυκίοισιν

rec.; cf. ad *O* 127; sim. *M* 408; omnino tota dictio tichomachiae similis est.

Ind. *Π* 491: μενέαινε, φίλον δ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον rec. propter verbum ὀνομαίνειν, quod anal. caret; sim. *K* 522 (in media narratione); cf. Weidemann pg. 40 seqq.

Concl. *Π* 502 (= 855): ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος ... rec., cf. ad *O* 405 et cap. I pg. 15.

Concl. *Π* 548: ὣς ἔφατο rec.; cf. quod in cap. VII pg. 34 de hoc versu disputavimus.

Ind. *Π* 619: τὸν δ' αὖ ... ἀντίον ηὔδα rec., cf. cap. XXI.

Concl. + ind. *Π* 626:

ὣς φάτο. τὸν δ' ἐνένιπε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός

recc. 1) eodem versu consummatur et inducitur or. dir.;

2) verbum ἐνένιπε rec. est (cf. cap. XVI);

3) circumscriptio nominis proprii (cap. XXV) rec.

Concl. *Π* 632 = *Λ* 472 (pg. 61), rec.

Ind. *Π* 666: καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη ... rec., cf. ad *O* 220.

Concl. *Π* 726: ὣς εἰπὼν ὁ μὲν αὖτις ἔβη rec., cf. ad *N* 239 et cap. XXIII.

Concl. *Π* 841: ὥς πού σε προσέφη valde susp., quod verbum προσέφη al. apud Homerum semper ad inductionem restrictum est; anal. non nisi apud epigonos.

Concl. *Π* 855: ὣς ἄρα μιν εἰπόντα ... rec.[2]); cf. ad *Π* 502 et cap. I pg. 15.

P.

Concl. + ind. *P* 33 tripertita, concl. et ind. in unum versum comprimuntur; cf. cap. IX.

---

1) scil. ἐπέεσσι.

2) Contra Rob. pg. 426, qui libri *Π* finem genuinum esse affirmat.

Concl. *P* 106:

εἶος ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν

rec., cf. cap. VIII; anal. *Λ* 411; *Σ* 15; *ε* 365, 424 al.

Ind. *P* 119: *εἶθαρ δὲ παριστάμενος ἔπος ηὔδα* rec. propter particulam *εἶθαρ*; anal. *M* 353; *P* 707 (rec.).

Ind. *P* 141: *χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ* rec. propter verbum *ἐνίπτειν*; (cf. cap. XVI); anal. *B* 245 (recc.).

Concl. + ind. *P* 183:

ὣς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας

rec., cf. cap. IX. Ceterum respicias huius loci *P* 180 seqq. cum *Θ* 170 seqq. affinitatem; nam *P* 183 ex *Θ* 184 et *Θ* 172 compositus est; *P* 184—185 = *Θ* 173—174 et al.

Ind. *P* 237 (= *P* 651) *καὶ τότ' ἄρ' Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον* rec. propter *καὶ τότ' ἄρ'*, quod anal. habet recentissimas *H* 405; *P* 651; *Y* 375; *Ω* 32; *ψ* 247. Praeterea offendit, quod verbum simplex *εἰπεῖν* cum accusativo *(Μενέλαον)* coniungitur, quod al. non invenitur. Sed similes sunt eae sententiae, quibus additur participium *παραστάς* (e. g. *M* 60, 210), ex quo pendet ille accusativus. Itaque auctoris animo eiusmodi formulas obversatas esse conicio.

Concl. *P* 256 = *N* 66 pg. 95.

Concl. *P* 342: *ὣς φάτο καί ῥα* rec., cf. ad *K* 332 et *O* 119; exstat praeterea *υ* 54; *φ* 80, 175; *ω* 520.

Ind. *P* 420: *ὣς δέ τις αὖ Τρώων . . . αὐδήσασκεν* valde susp.

1) propter adverbium *ὥς*, quod anal. non apud Hom., sed apud epigonos habet;

2) propter formam *αὐδήσασκεν*, quae anal. apud Hom. nusquam habet; cf. cap. XXI.

Concl. *P* 423: *ὣς ἄρα τις εἴπεσκε* manifesto rec., cf. cap. XV. vv. *P* 400—423 sine dubio infimae carminum Hom. classi attribuendi sunt.

Ind. *P* 474: *τὸν δ' αὖτ' Αὐτομέδων προσέφη* susp., cf. ad *Z* 144; sim. *α* 383, *δ* 641 etc.

Concl. + ind. *P* 507:

ὣς εἰπὼν Αἴαντε καλέσσατο καὶ Μενέλαον

rec.[1]) quod concl. cum ind. coniungitur; cf. cap. IX.

Ind. *P* 553—555:

πρῶτον δ' Ἀτρέος υἱὸν ἐποτρύνουσα προσηύδα
ἴφθιμον Μενέλαον — ὃ γάρ ῥα οἱ ἐγγύθεν ἦεν —
εἰσαμένη Φοίνικι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν

susp. propter plenitudinem sententiae.

Concl. *P* 648:

ὣς φάτο, τὸν δὲ πατὴρ ὀλοφύρατο δάκρυ χέοντα

rec., cf. ad *Θ* 245; al. non exstat.

Ind. *P* 651: *καὶ τότ' ἄρ'* . . . rec., cf. ad *P* 237.

Ind. *P* 707: *εἶθαρ δὲ προσηύδα* rec., cf. ad *M* 353 et *P* 119.

Σ.

In iis versibus, quos Rob. vetustissimos esse putat, leges quae apud Hom. valent non franguntur. Ex ceteris suspecti sunt hi:

Concl. *Σ* 310: *ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευε* recc. propter verbum *ἀγορεύειν*, de quo cf. cap. XVIII; anal. una *Θ* 542 (recc.).

Ind. *Σ* 323: *μετεφώνεεν* rec., cf. cap. XII; anal. *H* 384; *I* 52; *ϑ* 201; *κ* 67; *π* 354; *σ* 35; *χ* 69.

Concl. *Σ* 368: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* rec., cf. cap. III. Hic quoque praecedunt vv. valde suspecti (*Σ* 354—367).

---

1) Rob. pg. 85 et 427; *P* 507—513 damnat M. Schmidt ann. phil. 129, 21.

In fabricatione armorum

Ind. Σ 384 et 423 rec., cf. ad Ξ 218.

Ind. Σ 391: εἶπε τε μῦθον rec., anal. Η 277; Λ 647; ψ 204; ε 338; ϑ 302; ξ 494.

Ind. Σ 393: τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις rec. propter circumscriptionem Ἀμφιγυήεις; cf. cap. XXV.

Concl. Σ 410: ἦ καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη rec. 1) quod contra usum subiectum non sub versus finem locum habet;

2) quod sane mira ratione Vulcani nomen circumscribitur; cf. cap. XXV.

T.

Ind. *T* 7 = Σ 384 supra.

Concl. *T* 37:

ὣς ἄρα φωνήσασα μένος πολυθαρσὲς ἐνῆκεν

offendit, quod contra usum Hom. participio φωνήσας formulae ὣς εἰπών functio datur; nam Thetidem oratione demum *finita* Achilli audaciam instillavisse vix cogitari potest. Itaque vertendum: *Durch* diese Worte.

Ind. *T* 55 (= 100): μετέφη rec., cap. XII.

In concl. *T* 74/75: ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐχάρησαν ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί

μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλεΐωνος

T 75 *valde* susp. 1) quod plane abundat neque Homeri est adnectere tales sententias;

2) verbi ἀπειπεῖν significatio »sich lossagen von«, »aufgeben«, apud Hom. singularis est;

3) inauditus est genet. absolutus ἀπειπόντος, de quo cf. cap. XXVII.

Alia gravamina collegit Weidemann pg. 53. Quae cum ita sint, una cum Bentleio eicerem hunc versum *T* 75, nisi

totam versuum seriem novissimae aetatis esse scirem. Idem valet de *T* 77:

αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς,

quo amplificatur ind. *T* 76: τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε.

Ind. *T* 100: ἦ τοι ὅ γ' εὐχόμενος μετέφη rec., offendit ἦ τοι, quod tali loco anal. caret.[1] De verbo recenti μετέφη cf. cap. XII.

Concl. *T* 112: ὣς ἔφατο recc., cf. cap. VII.

Concl. *T* 276: ὣς ἄρ' ἐφώνησεν recc., cf. cap. XIV; anal. una in Il. *K* 465; accedunt in Od. *β* 277; *κ* 229; *ρ* 57; *τ* 29; *φ* 163, 386.

Recolligens observationes quas fecimus de libri *T* initio (1—281), Odysseae demum aetati id originem debere mihi constat.

Dulcissimi vv. *T* 282—339 eiusdem poetae sunt ac naeniae Hectoris *Ω* 723—776.

Concl. *T* 301 (= 338): ὣς ἔφατο κλαίουσα recc., cf. cap. VII.

Ind. *T* 304: ὁ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων recc. 1) quod verbum ἀρνέομαι unam tantum anal. recc. *Ψ* 42 habet;

2) quod verbo ἀρνέομαι sicut ἀναίνομαι praesumitur id, quod oratione quae sequitur continetur; cf. cap. XXIV.[2]

Ind. *T* 314: ἀδινῶς ἀνενείκατο φώνησέν τε rec.; illud ἀνενείκατο apud Hom. sing. dict. est et magis fabulam Romanensem olet (er seufzte tief auf und sprach).

Ind. *T* 404: τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφι προσέφη rec.; magna cum libertate adicitur, ubi equus verba fecerit.[3]

Concl. *T* 418:

ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδήν

---

1) scil. praeter formulam: ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπών . . . .

2) saepe in fabulis Romanensibus — "er wehrte seufzend ab„ —

3) Etiam in versibus *T* 405—407, ubi describitur, quid equus in loquendo fecerit, observamus indolem, quae differt a genuinae Iliadis breviloquentia.

i. e. *cum haec dixisset, Erinyes equum vatem impediverunt, ne plura patefaceret.* Genetivus φωνήσαντος fortasse absolutus est (cf. cap. XXVII). Non miror, quod P. Knight et Kammer (z. hom. Frage II 69) eiciunt hoc episodium *T* 398 (404)—424, quod vigorem et alacritatem animi spirat; at id poetae ionico abdicandum esse negaverim.

Υ.

Ind. Υ 15: Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν recc. 1) propter verbum ἐξείρετο (cf. cap. XVII);

2) quod nobiscum auctor antea communicat, quid contineat or. dir. (cf. cap. XXIV); anal. una ν 127; sim. *B* 55 πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν.

Ind. Υ 86:

τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμειβόμενος προσέειπεν

recc., unam habet anal. ρ 405; variatur formula vulgaris τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη.

Concl. Υ 144: ὥς ἄρα φωνήσας .... Κυανοχαίτης rec. propter rarissimam illam circumscriptionem Κυανοχαίτης, quae habet anal. ι 536 (Κυκλώπεια); Hes. Theog. 278.

Ind. Υ 199:

τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμείβετο φώνησέν τε

anal. non nisi in Od. η 298, 308; ϑ 140, 400; λ 347, 362; ν 3; ρ 445; τ 405; ω 327; sim. Υ 86.

Concl. Υ 318: αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε rec. 1) quod unum pronomen τό ad antecedentem orationem respicit, cum cetera omnia ad eum tendant, qui illa verba audit;

2) anal. recc. Φ 377; Ψ 161; η 167; ϑ 143, 446; ν 159; ο 92;

3) sim. formula ταῦτ' ἀκούσας, quae in prosa oratione vulgaris est.

Concl. Υ 340:

ὣς εἰπὼν λίπεν . . ., ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα

rec., 1) plane abundat alterum hemistichium;

2) verbum *φράζειν* recc. est; cf. Ξ 500; ϱ 590 (* Υ 340); ο 424.

Concl. + ind. Υ 353:

ἦ καὶ . . . ἆλτο, κέλευε δὲ φωτὶ ἑκάστῳ

rec., quod concl. cum ind. conseritur in unam sententiam; anal. recc. Δ 192; Υ 428; ε 28; ζ 198; ο 539; ϱ 396; σ 356; τ 96; υ 197/98.

Concl. Υ 364 (* 373): *ὣς φάτ' ἐποτρύνων* rec. propter additum partic. *ἐποτρύνων;* cf. cap. VI; anal. una Μ 442 (rec.).

Ind. Υ 364/65: *Τρώεσσι δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ κέκλεθ' ὁμοκλήσας, φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος*

valde susp. 1) quod in medio versu incipit;

2) quod antea nobiscum poeta communicat, quid in oratione insit *(φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος);* cf. cap. XXIV; sim. Δ 301/2.

Ind. Υ 375: *καὶ τότ' ἄρ'* . . . rec., cf. ad Ρ 237.

Concl. Υ 379: *ὣς ἔφαθ', Ἕκτωρ δ' αὖτις ἐδύσετο* susp., quod post *ὣς ἔφατ'* adiungitur nomen proprium. Legi resp. *οἳ δέ* . . vel *οὓ δ' ἄρα* . .; anal. multae in Od. et in eiusdem aetatis partibus. Quae cum ita sint, una cum Christio (adnot. ad Υ 381) affirmo Υ 353—380 hodiernam formam interpolatori eidem debere atque vv. antecedentes, etiamsi rudera veteris carminis latere non negaverim. Omnino non pauci vv. in libri Υ initio Odysseae colorem praebent, ita ut eos Odysseae aetati assignandos esse veri simillimum habeam.

Concl. Υ 393: *ὣς ἔφατ' εὐχόμενος* rec. propter additum partic. *εὐχόμενος*. Christ sequens cod. rescriptum Syriacum scripsit compositum *ἐπευχόμενος*, cum optimi

codd. A C D exhibeant verbum simplex. Non intellego, quare decedamus ab optimorum codicum scriptura, praesertim cum verbum compositum *ἐπευχόμενος* intra inductionum fines se contineat. Itaque iure Robert imprimendum dedit *ὣς ἔφατ' εὐχόμενος*.

Concl. + ind. *Υ* 428: *ἦ καὶ ὑπόδρα ἰδὼν προσεφώνεεν* rec., concrevit ex concl. *ἦ καί* . . . et ex inductione vulgari *τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη (προσεφώνεεν).* Contra Rob. pg. 235.

Φ.

Concl. *Φ* 64: *ὣς ὥρμαινε μένων* recc., quod verbum descriptivum in concl. exhibetur; cf. cap. VIII; anal. una X 131.

Concl. *Φ* 97—98:

ὣς ἄρα μιν Πριάμοιο προσηύδα φαίδιμος υἱὸς
λισσόμενος ἐπέεσσιν, ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσεν

susp., 1) offendit ubertas totius conclusionis;

2) interpolationibus tantum familiare est verbum *προσαυδάω* in concl.;

3) manifesto *Λ* 136/137 exemplo fuit; cf. cap. XXI; sim. *Z* 144.

Concl. *Φ* 114: *ὣς φάτο, τοῦ δ' αὐτοῦ* (illico) . . . . rec., adverbium *αὐτοῦ* al. non exstat nisi in Od. *δ* 703; *χ* 68; *ψ* 205; *ω* 345.

Ind. *Φ* 121:

καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν

rec. propter verbum *ἀγορεύειν* (cap. XVIII); legi resp. *ἔπεα πτερόεντα προσηύδα;* anal. (recc.) *Γ* 155; *Φ* 427; *Χ* 377; *ψ* 535; *δ* 189; *ι* 409; *ρ* 349.

Concl. *Φ* 136: *ὣς ἄρ' ἔφη* [1]) rec., cap. X.

---

1) Id, quod Christ ad *Φ* 139 commendat, ut eiectis versibus 136—139 ponatur *ὣς ἄρ' ἔφη Ἀχιλεύς, καὶ ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος* non nisi dubitanter accipi potest, quod al. nusquam subiectum adicitur ad *ὣς ἄρ' ἔφη*.

Ind. Φ 152:

τὸν δ' αὖ Πηλεγόνος προσεφώνεε φαίδιμος υἱός

recc. 1) propter verbum προσφωνεῖν (cap. XIII);

2) anal. recc. ω 35, 120, 191 (cf. ad Z 144);

3) propter circumscriptionem nominis proprii (cf. cap. XXV).

Concl. Φ 161: ὣς φάτ' ἀπειλήσας rec., quod additur ἀπειλήσας (cap. VI); sim. Υ 364, 373 et al.

Ind. Φ 212/13:

εἰ μὴ χωσάμενος προσέφη ποταμὸς βαθυδίνης,
ἀνέρι εἰσάμενος, βαθέης δ' ἐφθέγξατο δίνης

rec. 1) propter ubertatem sententiae;

2) verbum φθέγγεσθαι, quo poeta fremitum et murmur undarum depingere conabatur, anal. habet recc. (ubi participium legitur) Κ 139; Ω 170; ξ 492.

Ind. Φ 228: καὶ τότε ... rec. (cap. I); ut saepius ex his particulis interpolatio (Φ 228—304) initium cepit.

Concl. Φ 233: ἦ (scil. numen fluminis) καὶ Ἀχιλλεύς recc.; omni legi Hom. repugnat, quod post ἦ καί novum subiectum inducitur; anal. una Κ 454.[1])

Ind. Φ 287: τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε susp., quod ibi nemo est, qui pergat in dicendo, ita ut vertendum sit: »ergriff das Wort.«

Concl. Φ 298: τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε valde susp., facta ad exemplar formulae vulgaris ἣ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη ... sed ita ut duorum hominum verba comprehendat auctor (cf. cap. IV), at **unus** tantum Neptunus verba fecit. Fortasse hac comprehensione (Φ 298) exprimere studet poeta Neptunum simul pro Minerva verba fecisse. An respicit Φ 286? Sim. Κ 253.

---

1) Itaque supervacaneum est id, quod Benicken annal. phil. CXV 109 proponit, qui ex versibus Φ 227 et 233 coniunctis procudit novum versum ὣς εἰπὼν Ἀχιλεὺς δουρικλυτὸς ἔνθορε μέσσῳ, qua coniectura sane medetur vitio supra notato.

Concl. *Φ* 361: *φῆ πυρὶ καιόμενος* interpol. propter formam *φῆ*, quae non nisi apud epigonos anal. habet. cf. cap. XI pg. 43.

Ind. *Φ* 367–368: *αὐτὰρ ὅ γ' Ἥρην πολλὰ λισσόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα* recc. propter 1) *αὐτάρ*;

2) incipit ex medio versu;

3) contaminata est ex formula vulgari *ἔπεα πτερόεντα προσηύδα* et participio *πολλὰ λισσόμενος*, quod exstat *E* 358; *X* 91 al.

Ind. *Φ* 377: *αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε* rec., cf. ad *Υ* 318.

Ind. *Φ* 393: *καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον* rec., verbum *φάτο* al. apud Hom. ad conclusiones restrictum est; anal. *Φ* 471[1]); sim. *Ω* 353, 598; *δ* 370; *ζ* 148; *ϑ* 10; *ν* 37; *ο* 171; *υ* 111; cf. etiam formulam sing. dict. *φ* 67: *μετηύδα καὶ φάτο μῦθον*; apud epigonos saepius.

Concl. *Φ* 423 rec., formula tripertita; cf. cap. IX.

Ind. *Φ* 427: *ἥ δ' ἄρ' ἐπευχομένη .... ἀγόρευεν* rec., cf. ad *Φ* 121; de illo *ἥ δ' ἄρ'* cf. *K* 318; *H* 356; *υ* 291.

Ind. *Φ* 435: *αὐτὰρ Ἀπόλλωνα προσέφη* rec., cf. cap. XXVI.

Ind. *Φ* 480: *νείκεσεν Ἰοχέαιραν* rec. propter circumscriptionem *Ἰοχέαιραν*; cf. cap. XXV.

Ind. *Φ* 497: *Λητὼ δὲ προσέειπε διάκτορος Ἀργεϊφόντης* rec., nam contra usum formula a nomine proprio (*Λητώ* accus.) incipit; legi resp. pronomen *τόν* (*τήν*); respicias etiam illud *διάκτορος Ἀργεϊφόντης*.

Ind. *Φ* 508: *ἀνείρετο ἡδὺ γελάσσας* rec. propter verbum *ἀνείρετο* (cap. XVII).[2])

1) Qua de causa Christ secutus schol. A damnaverit ind. *Φ* 471: *Ἄρτεμις ἀγροτέρη, καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον* non intellego (cf. *Φ* 393).

2) Tota pars inde a *Φ* 505 mira dulcedine excellit, quae paene artem lyricam olet et quasi si fabula Romanensis sit, animum tangit: »Weinend

Ind. *Φ* 511:

τὸν δ' αὖτε προσέειπε Ἐυστέφανος Κελαδεινή

rec. propter artificiosam circumscriptionem nominis proprii, quo genere dicendi omnino plena est haec theomachia (*Φ* 383—525), quae non vetustior est quam Odyssea (cf. cap. XXV).

Concl. *Φ* 514: ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον rec. (cap. III). Et hic quoque ea comprehenditur ipsa interpolatio (theomachia).

X.

Ind. *X* 7: αὐτάρ .. προσηύδα rec.; anal. α 156; β 399 etc., cf. cap. XXVI.

Ind. *X* 37: τόν ... ἐλεεινὰ προσηύδα rec.; legi resp. participium ad προσηύδα additum; anal. deest.

Concl. *X* 77: ἦ ῥ' ὁ γέρων rec., nam 1) subiectum contra usum statim iuxta verbum ἦ ῥα positum est; anal. *Z* 390; γ 337; χ 292;

2) contra omnem usum in sequenti sententia πολιάς ... ἕλκετο idem subiectum retinetur.[1])

Ad *X* 78: οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν (quod al. statim post conclusionem ponitur) cf. *Θ* 97 pg. 86.[2])

Concl. *X* 90/91:

ὣς τώ γε κλαίοντε προσαυδήτην φίλον υἱόν
πολλὰ λισσομένω, οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον

recc., cf. cap. XXI et ad *Λ* 136; *Φ* 97.

---

setzte sich die Jungfrau auf ihres Vaters Knie und ringsum erbebte das göttliche Gewand. Sie aber zog ihr Vater, der Kronide, an sich und fragte mit sanftem Lächeln.« Sane dulcis imago, sed artis recentissimae.

1) Vertenda est illa sententia *X* 77: »so sprach er — der Greis!« Auctor enim misericordiam nostram excitare studet.

2) Quare Christ eiecerit inductionem *X* 81:

καί μιν δάκρυ χέουσα ἔπεα πτερόεντα προσηύδα

non capio. Jure Rob. nihil mutat.

Concl. *Χ* 131: *ὣς ὥρμαινε μένων* recc., anal. una *Φ* 64; cf. cap. VIII.

Concl. *Χ* 186/187:

ὣς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην
βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα

offendit, quod non nisi participio *ἀΐξασα* (scil. *Ἀθήνη*) subiecti mutatio indicatur; anal. una *ω* 487: *ὣς εἰπών . . παρέπεισεν, βάν . .*; cf. etiam Ap. Rhod. III 35.

Concl. *Χ* 224: *ὣς φάτ' Ἀθηναίη. ὃ δ' ἐπείθετο, χαῖρε δὲ θυμῷ* rec., formula tripertita (cap. IX); concl. *ὣς φάτ' Ἀθηναίη* iteratur *Δ* 104 (*ὁρκίων σύγχυσις*); *ω* 533, 545.

Concl. *Χ* 247: *ὣς φαμένη καὶ κερδοσύνῃ* recc. 1) propter partic. *φαμένη* (cap. XXII); anal. *Ε* 290, 835; *κ* 446; *λ* 150; *σ* 206; *ψ* 85;

2) quia sing. dict. in Hom. est illud *καὶ κερδοσύνῃ* quod additur.

Ind. *Χ* 355: *τὸν δὲ καταθνήσκων προσέφη* rec., nam pro usitato *ἀπαμειβόμενος* ponitur illud *καταθνήσκων*, cui *Χ* 364 respondet *καὶ τεθνηῶτα*.

Concl. *Χ* 361: *ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος . .* rec., cf. ad *Π* 855 et cap. I pg. 15.

De concl. *Χ* 395:

ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα

valde suspecta iam optime iudicavit Weidemann pg. 26 et 29 seqq. Manifesto alterum hemistichium ei originem debet, qui interpolavit *Χ* 395—fin.

Ind. *Χ* 414/15:

πάντας δὲ λιτάνευε κυλινδόμενος κατὰ κόπρον
ἐξ ὀνομακλήδην ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον

rec. propter ubertatem totius sententiae. *Χ* 414 fortasse ex *Λ* 774 et *Ω* 640 contaminatus est; *Χ* 415 fortasse ex *Κ* 68 fluxit.

Concl. *Χ* 429 (= 437 et 515): *ὣς ἔφατο κλαίων* (*κλαίουσ'*) rec., cf. cap. VII et ad *Τ* 429.

Concl. *X* 460: ὣς φαμένη rec. (cap. XXII).

Ind. *X* 497: . . ὀνειδείοισιν ἐνίσσων recc. 1) propter verbum ἐνίσσειν (cap. XVI); 2) omittitur ἐπέεσσι; sim. *Ω* 238.

Ψ.

Concl. Ψ 24: ἦ ῥα καί . . . ἀεικέα μήδετο ἔργα recc., cf. ad *X* 395.

Ind. Ψ 42:

αὐτὰρ ὅ γ' ἠρνεῖτο στερεῶς, ἐπὶ δ' ὅρκον ὄμοσσεν

rec., 1) αὐτάρ (cap. XXVI); 2) ὀμνύναι anal. habet *K* 328.

Ind. Ψ 143:

ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε ἰδὼν ἐπὶ οἴνοπα πόντον

anal. nusquam; contaminata esse videtur ex:

Λ 403: ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε . . .
T 257: . . . ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν
E 771: . . . ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

Concl. Ψ 161: αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε . . . rec., cf. ad *Φ* 377 et *Y* 318.

Ind. Ψ 178: φίλον τ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον rec. propter verbum ὀνομαίνειν; anal. *K* 522; sim. *X* 415 ὀνομακλήδην.

Concl. Ψ 184:

ὣς φάτ' ἀπειλήσας, τὸν δ' οὐ κύνες ἀμφεπένοντο

rec., cf. cap. VI [1]); anal. *Φ* 161.

Ind. Ψ 204:

ἣ δ' αὖθ' ἕζεσθαι μὲν ἀνήνατο, εἶπε δὲ μῦθον

rec.; cf. ad *Λ* 647/48 et cap. XXIV; εἶπε δὲ (τε) μῦθον exstat *H* 277; *Σ* 391; ε 338; ϑ 302; ξ 494 (omnes rec.).

Concl. Ψ 212: ἣ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπεβήσετο rec., quod contra Iliadis usum deest subiectum sub finem

1) De altero hemistichio cf. Siegfried in progr. gymnasii Fuerstenwaldensis a. 1881; Duentzer Hom. Unters. pg. 329; Geppert I pg. 124 seqq.; denique Weidemann pg. 19 seqq.

sententiae (cf. e. g. *Θ* 425). Anal. multae in Od. (e. g. *ο* 43).

Ἆθλα ἐπὶ Πατρόκλῳ (*Ψ* 262 seqq.):

Ind. *Ψ* 271 (= *Ψ* 456, 657, 706, 752, 786, 801, 830) *καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν* recc., nam legi resp. *μετέειπεν* c. dativo; anal. al. nusquam; ceterum crescebat substantivi *μῦθος* frequentia apud recentiores.

Ind. *Ψ* 304—5: *πατὴρ δέ οἱ ἄγχι παραστάς*
μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέων, νοέοντι καὶ αὐτῷ

sing. dict.; rec., quod

1) *εἰς ἀγαθὰ φρονεῖν* al. non exstat;

2) verbum *μυθέομαι* praeter unam formulam

κινήσας ῥα κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν

(*P* 200, 442; *ε* 285, 376) nusquam eiusmodi locis exstat apud Hom., saepius apud posteriores.

Concl. *Ψ* 417 (= 446) = *M* 413 (pg. 95).

Concl. + ind. *Ψ* 442:

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο φώνησέν τε

ex *Θ* 184 desumpsit huius carminis auctor, et quod *Θ* 184 ab interpolatore demum hodiernam formam accepit, consentaneum est horum ludorum funebrium (*Ψ*) auctorem post illius interpolatoris tempora scripsisse.

Ind. *Ψ* 473:

τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένιπεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας

rec. 1) propter verbum *ἐνένιπεν* (cap. XVI);

2) propter illud *Οἰλῆος*, de quo ad *N* 66 egi; sim. *σ* 326.

Ind. *Ψ* 491 (= 734): *εἰ μὴ … ἀνίστατο καὶ κατέρυκεν* rec., nam verbo *κατερύκειν* proprie actio tantum exprimitur (cap. VIII extr.); anal. *B* 189 (*ἐρητύσασκε*); *γ* 345; *ε* 181; *κ* 429, 442; *π* 43; *τ* 545.

Ind. *Ψ* 535: *ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν* rec., cf. ad *X* 377 et cap. XVIII.

Ind. *Ψ'* 541—542: *εἰ μὴ ἄρ' Ἀντίλοχος . . .*
Πηλεΐδην Ἀχιλῆα δίκῃ ἠμείψατ' ἀναστάς
susp., nam *ἠμείψατο* sing. dict.; legi resp. *ἠμείβετο;* sim. *Δ* 403 (rec.) *ἀμείψατο;* porro offendit adv. *δίκῃ*.

In concl. *Ψ'* 555/56:
ὣς φάτο, μείδησεν δὲ ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς
χαίρων Ἀντιλόχῳ, ὅτι οἱ φίλος ἦεν ἑταῖρος
susp. v. *Ψ'* 556 ut plane supervacaneus, at tamen propter seram originem totius episodii tolerandus.

Ind. *Ψ'* 557:
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα
rec.; anal. *H* 356 et *O* 48 (rec.).

Ind. *Ψ'* 569: *ὃ δ' ἔπειτα μετηύδα ἰσόθεος φώς* rec., nam 1) in medio versu incipit;

2) *ἔπειτα* alio eiusmodi loco nullo exstat;

3) *μετηύδα* rec., cf. cap. XII;

4) circumscriptio nominis proprii rec.

Ind. *Ψ'* 617: *καὶ ἔειπε παραστάς* al. non exstat.

In concl. *Ψ'* 651—652: *ὣς φάτο, Πηλεΐδης δὲ . . .*
ᾤχετ', ἐπεὶ πάντ' αἶνον ἐπέκλυε Νηλεΐδαο
offendit *Ψ'* 652 *ἐπεὶ — κτλ.*, nam 1) anal. apud Hom. deest; sim. *αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε . . .* et apud prosaicos *ταῦτ' ἀκούσας;*

2) substantivo *αἶνος* (quod per se ipsum quoque rarissimum est apud Hom.) orationis praecedentis natura comprehenditur et definitur; cf. *M* 413; *Ω* 265 etc. Usus hic vulgaris apud prosaicos.

Ind. *Ψ'* 722: *δὴ τότε . . .* rec., anal. *E* 454; *M* 60, 210 (recc.).

Ind. *Ψ'* 734 = *Ψ'* 491.

Ind. *Ψ'* 794:
τὸν δ' Ἀχιλεὺς μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπεν
rec., anal. in Il. una *Γ* 437, multae in Od.

Ind. *Ψ* 854—855: ἧς ἄρ' ἀνώγει τοξεύειν: „......

interpol., nam 1) or. dir. in medio versu incipit, quod anal. non habet nisi apud epigonos, qui prosae orationis auctoritati id condonaverunt; cf. *Z* 479; *O* 82;

2) ind. vulgaris deest et sententia ἧς ἄρ' ἀνάγει τοξεύειν nobiscum antea communicat auctor, quid oratione contineatur, ita ut fere transeat ex oratione obliqua in or. directam (cap. XXIV).

Ω.

Concl. *Ω* 141/142:

ὣς οἵ γ' ἐν νηῶν ἀγύρει μήτηρ τε καὶ υἱός
πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον

recc., cf. cap. IV pg. 30/31.

Ind. *Ω* 143: Ἶριν δ' ὤτρυνε Κρονίδης εἰς Ἴλιον ἱρήν recc., quod verbo ὠτρύνειν (quod proprie non nisi motum exprimit) inducitur or. dir.; cf. cap. VIII.

Ind. *Ω* 169/170: ἠδὲ προσηύδα τυτθὸν φθεγξαμένη, τὸν δὲ τρόμος ἔλλαβε γυῖα

recc., nam 1) praemittitur, quid oratione effectum sit (cap. I);

2) partic. φθεγξαμένη rec. est; anal. α 157; δ 70; ρ 592; φ 192.

Concl. + ind. *Ω* 200:

ὣς φάτο, κώκυσεν δὲ γυνὴ καὶ ἀμείβετο μύθῳ

recc., nam 1) concl. cum ind. coniungitur;

2) concl. ὣς φάτο, κώκυσεν δὲ γυνή ex β 361 desumpta est;

3) ind. καὶ ἀμείβετο μύθῳ ex ο 434 (= 439) fluxit; al. non exstat.

Ind. *Ω* 238: ἔπεσσ' αἰσχροῖσιν ἐνίσσων rec., cf. ad *X* 497; anal. *X* 497; ω 161, 163.

Delibati sunt:

Ω 265 ex *M* 413;	Ω 286 ex Ξ 297;
Ω 306/7 ex *Π* 231/32;	Ω 314 ex *Π* 249;
Ω 333 ex ε 28;	Ω 339—345 ex Ω 43—49.

Ind. Ω 353: *ποτὶ δὲ Πρίαμον φάτο φώνησέν τε* sing. dict.; sim. Ω 598; δ 370.

Ind. Ω 361: *ἐξερέετο καὶ προσέειπεν* fluxit ex *E* 756 (cap. XVII).

Concl. + ind Ω 424:

ὣς φάτο, γήθησεν δὲ . . καὶ ἀμείβετο μύθῳ

recc., cf. ad Ω 200; concl. ex *Z* 212 mutuo sumpta esse videtur.

Concl. Ω 440: *ἦ καὶ ἀναΐξας Ἐριούνιος* rec., cf. Σ 410.

Concl. Ω 468:

ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον

recc., ex Od. fluxit;[1]) cf. e. g. κ 307; ο 23 etc.

Ind. Ω 591: . . . *φίλον δ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον* recc., anal. recc. *K* 522; Ψ 178.

Ind. Ω 598: . . . *ποτὶ δὲ Πρίαμον φάτο μῦθον* recc. et sing. dict.; sim. Φ 393, 471; Ω 353; ζ 148; ϑ 10; ν 37; ο 171; φ 67.

Concl. Ω 643: *ἦ ῥ', Ἀχιλεὺς δέ* recc., contra usum forma *ἦ ῥα* nude ponitur; sed fortasse *ῥα* hiatus evitandi causa positum est.

Naeniae Hectoris manifesto eiusdem originis sunt ac vv. *T* 282—302 et *X* 393 seqq. Inveniuntur eaedem concl. atque ibi.

Concl. Ω 746 (= 760 et 776): *ὣς ἔφατο κλαίουσ(α)* recc., cf. cap. VII.

In hac ultima libri Ω parte discrimen, quod exstabat inter artem epicam et lyricam, evanuisse videtur. Conclusiones fere sicut versus intercalares quasdam strophas

1) Christ, prol. pg. 34.

distinguunt. Id hoc loco adumbravisse satis habeo, quamquam plura de hac re dici possunt. Denique iterum statuendum est id, quod ex nostra quaestione satis dilucide apparuit, libri *Ω* auctorem non pauca ex Odyssea mutuo sumpsisse.

Ad finem deduximus, lector benigne, priorem alterius capitis partem, qua, quamquam interdum ei, quod contendi, non plaudas, certe refutari arbitror eorum sententiam, qui Iliadem ab uno poeta confectam esse pertinaciter affirmant. Etiamsi me non fugit meas coniecturas non semel infirmis pedibus constare, neque ipse nego ea argumenta, quibus nitor, magis — ut cum Aristotele dicam — σημεῖα quam τεκμήρια appellanda esse, tamen ex perquisitione mea distinctionem quandam variarum Iliadis partium consequi mihi non negabis.

Exposuimus adhuc, quae formulae a genuina Iliade nobis removendae esse videantur. Consectarium est eos qui restant versus vetustae Iliadi attribuendos esse; qui quoniam in universum cum iis congruunt, quos Robert vetustissimae Iliadi adiudicavit, rem ita instituo, ut adscribam[1]) Roberti carmen quod nuncupat »die präsumptive Ur-Ilias«, et adponam eos versus, quos meo arbitrio vetustissimae Iliadi adnumerare non licebat.

Roberti Ilias vetustissima	Liber	Recentiorem colorem mihi praebere videntur
7—62, 64—138, 140—177, 180—202, 206—211, 215—259, 285—295, 297—365, 393—395, 407—422, 428—429, 497—517, 528—532, 609—610.	*A*.	15—16, 22, 25, 35/36, 58, 92, 292, 304/5, 326, 351, 357, 413, 513.

1) Omissis iis libris, in quibus nihil mutandum esse censeo.

Roberti Ilias vetustissima	Liber	Recentiorem colorem mihi praebere videntur
485—486, 489—511, 517—523, 526, 527, 542—547, 549, 553—554.	Θ.	496. 542 (Rob. pg. 132/33).
84—100, 148—149, 155—162, 165, 170—177, 181—186, 192—201, 207—217, 264—268, 273—281, 283—309, 401—454, 456—498, 521—535, 544—557, 569—574.	Λ.	411. 446 (cap. XXIII). 464. 472.
9—13, 27—29, 41, 43—48, 52—54, 61—63, 69—74, 80—94, 103—108, 363—369—387, 392, 393, 402—424, 440, 441.	Ξ.	41 susp. 45, 48.
3—4, 6—8, 110—129, 132—134, 142, 158—186, 200—207, 218, 219, 560—567, 402—409, 592—595, 615—622, 630—638, 645—657, 674—676, 696—698, 704—718, 416—443, 458—483.	Ο.	113. 119. 127. 405. 442 (Rob. pg. 141).
1—24, 28—39, 43—60, 64—70, 80—93, 101—130, 135—146, 148—151, 155—163, 266, 267, 276—278, 280—316, 335—350. 358—361, 364—368, 372—379, 712—715, 726—745, 750—791, 793—797; 801—803, 805—807, 813—867.	Π.	46—47, 48, 101. 726, 841, 855.
132—139, 262—278, 280—287, 424—445, 456—460, 463—471, 474—530, 533—543.	Ρ.	474, 484, 507 (mutat Rob.).
1, 3—20, 22—33, 170—180, 187, 188, 192, 193, 70—81, 88—92, 94—104, 107—116, 126—129.	Σ.	15 (susp.).
472—477, 490—494, 407, 413—437.	Υ.	428.

Odyssea.

Progredimur ad Odysseam perquirendam, sed si de ea agimus, non eadem subtilitate opus erit, quod complura quae ad Iliadem exposui etiam de Odyssea valent; praeterea nolo repetere, quae iam de Odysseae formulis occasione data anticipavi. Recordaberis enim, quam propinqua sit novissimorum Iliadis carminum dictio Odysseae locutioni. Accedit tertium, quod attendas: quoniam totius Odysseae locutio recentiorem colorem fert, multo difficilius est genuina discernere ab additamentis. Denique Odysseam non tantopere interpolationibus foedatam esse quam Iliadem in propatulo est. Quae cum ita sint, me restringo ad notationem gravissimarum rerum.

Ceterum rei natura datum est Odysseae poetas, quod novi generis fabulas sibi enarrandas proponebant, interdum novas formulas sibi fingere debuisse. Sed si eas perlustras, vides ab iis, qui Odysseae carmina composuerunt, non nisi raro frangi leges, quae apud Homerum in Iliade valent.

Praeterea hoc quoque respiciendum est: cum valde praevaleant in Odyssea breviores illae formulae τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα sim. prae illis uberioribus, quae particula ὥς inducuntur, poetis non tam saepe occasio variandi et novandi se praebere poterat.

α.

Praemonendum est primum omnes libros, quibus de Telemacho narratur, proprio genere dicendi excellere et quarundam formularum provinciam omnino ultra illius »Telemachiae« fines non excedere.

Attendas alterum quoque. Ex omnibus scilicet Odysseae partibus illa Telemachia plurima cum Iliade (recenti) communia habet et maxime vetustatem olet, quin etiam eam vetustiorem esse quam non pauca Iliadis carmina, quae exstant in ultimis libris, persuasum habeo. Quam quaestionem longius persequi et exhaurire loci angustiis prohibeor.

Ind. *α* 336: *δακρύσασα δ' ἔπειτα προσηύδα* rec., particula *ἔπειτα* iteratur *β* 39; *ζ* 323 *(αὐτίκ' ἔπειτα)*.

Offendit concl. *α* 360—361:

ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν οἰκόνδε βεβήκειν·
παιδὸς γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ,

hiat enim post orationis clausulam narratio et desideramus sententiam, quae respiciat ea verba, quae praecedunt. Sed dicat quispiam vice conclusionis fungi id quod sequitur *μῦθον πεπνυμένον*. Atque profecto fortasse eiusmodi genus dicendi recentiori cuidam Homeridae imputare licet, sed magis mihi placet aliud: Duentzer Hom. Abhandl. pg. 465—468 demonstravit vv. *α* 343—364 factos esse ad exemplar versuum *φ* 344—358, ibique post *φ* 353 in nonnullis codicibus quamvis minoris pretii[1]) legimus sententiam:

ὣς φάτο, ῥίγησεν δὲ περίφρων Πηνελόπεια.

Habemus ibi id, quod desiderabamus; sed certum iudicium ferre non audeo. Ceterum cf. Kf. pg. 175.

Ind. *α* 383: *τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοος προσέφη* rec., anal. non nisi in recc. Iliade (cf. ad *Z* 144) et in Od. *δ* 641; *ϱ* 477; *σ* 284; *φ* 256.

---

1) X, in marg. O et cum „*στίχος*" M^b.

β.

Ind. *β* 24:

τοῦ ὅ γε δάκρυ χέων ἀ γ ο ρ ή σ α τ ο κ α ὶ μ ε τ έ ε ι π ε ν rec.; iteratur illa locutio *ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν* non nisi in Od. *δ* 773; *η* 185; *ϑ* 25; *ν* 171; *σ* 412; *υ* 244; *ω* 425; sim. formula:

ὅ σφιν εὖ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Ind. *β* 39 rec.:

πρῶτον ἔπειτα γέροντα κ α ϑ α π τ ό μ ε ν ο ς π ρ ο σ έ ε ι π ε ν (scil. *ἐπέεσσι καϑαπτόμενος*); cf. *Ο* 127; *Π* 421; *γ* 345; *κ* 70 (in concl.); *ω* 393.

Concl. *β* 80: *ὣς φάτο χωόμενος* rec., cf. cap. VI.

Ind. *β* 95: *ἄ φ α ρ δ' ἡμῖν μετέειπεν* rec.; adv. *ἄφαρ* iteratur *ρ* 305; *τ* 140; *ω* 130; Kf. pg. 178 seqq.

Concl. *β* 257: *ὣς ἄρ' ἐ φ ώ ν η σ ε ν* rec.; anal. in Il. *Κ* 465; *Τ* 276; saepius in Od., cf. cap. XIV.

Concl. *β* 296: *ὣς φάτ' Ἀ ϑ η ν α ί η κ ο ύ ρ η Δ ι ό ς* recc.; Kf. pg. 180; anal. deest. Manifesto poeta tam copiose addit *Ἀϑηναίη κούρη Διός* propterea, quod dea Mentoris voce et specie utebatur.

Concl. *β* 337: *ὣς φ ά ν* rec., anal. una *η* 343; cf. cap. V.

Ind. *β* 348: *τὴν τ ό τ ε Τηλέμαχος προσέφη* . . . rec., *τότε* anal. unam habet *υ* 291; cf. cap. I pg. 12—13.

γ.

Ind. *γ* 41: *δ ε ι δ ι σ κ ό μ ε ν ο ς δὲ προσηύδα* rec.; de participio *δειδισκόμενος* cf. ad *Ι* 224; anal. *ο* 150; *σ* 111, 121.

Concl. *γ* 62: *ὣς ἄρ' ἔπειτ' ἠρᾶτο καὶ αὐτὴ πάντα τελεύτα* susp., nam 1) contra omnem usum Hom. additur in concl. adverbium temporale *(ἔπειτα)*;

2) *ἔπειτα* significat »damals«, id quod rarissimum est;

3) valde offendit verbum descriptivum *(ἠρᾶτο)* in concl.; anal. apud epigonos et prosaicos.[1])

---

1) cf. de hoc versu supra pg. 16.

In ind. γ 75–78:

τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα
θαρσήσας. αὐτὴ γὰρ ἐνὶ φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη
θῆχ', ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο
ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν

susp. γ 76–78, quibus separatur contra usum formula γ 75 a sua oratione.[1])

Concl. γ 329: ὥς ἔφατ', ἠέλιος δ' ἄρ' ἔδυ legem frangit, quod 1) sequitur substantivum ἠέλιος; legi resp. οἱ δ' ἄρα vel οὐ δ' ἄρα; anal. δ 216, 236; ε 225 al.;

2) per particulam δέ al. subiungitur aliquid, quod aliqua ratione — plerumque consecutiva — cum verbis praecedentibus cohaeret. Solis occasus autem casu succedit, ita ut δέ adverbii temporalis functionem »da« adipiscatur.

Concl. γ 337: ἦ ῥα Διὸς θυγάτηρ rec., cf. ad β 296 et ad Z 390; cap. XXV.

δ.

Concl. δ 76: τοῦ δ' ἀγορεύοντος ξύνετο rec., sing. dict.; cf. cap. XVIII pg. 54 et XXVII pg. 67.

Ind. δ 137:

αὐτίκα δ' ἥ γ' ἐπέεσσι πόσιν ἐρέεινεν ἕκαστα

susp.; de ἐρεείνειν verbo cf. cap. XVII; offendit illud ἕκαστα, quod anal. caret (cf. cap. II); Kf. pg. 38: rec.

Ind. δ 189: ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν rec., cf. cap. XVIII et Ψ 535; anal. in Od. ι 409; ρ 349.

Ind. δ 234: μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπεν rec., cf. Γ 437.

Ind. δ 370: ἔπος φάτο φώνησέν τε rec., anal. caret; sim. Ω 353.

Ind. δ 461: καὶ τότε δή . . . ἀνειρόμενος rec., anal. particularum καὶ τότε δή ε 95; ι 363, 492; κ 500; λ 99; μ 36; ρ 123, 172. De ἀνειρόμενος cf. cap. XVII.

---

1) γ 78 damnatur a Dindorfio in editione supra citata et a Kf. pg. 182.

Concl. δ 767[1]): ὣς εἰποῦσ' ὀλόλυξε, θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς »mit diesen Worten (= so) schrie sie laut zur Göttin« recc., participium εἰπών plane fere suam vim amisit (cf. ad *K* 72). De substantivo ἀρῆς, quo sermonis praecedentis natura comprehenditur, cf. *M* 413; *Ψ* 652; *Ω* 265.

ε.

Ind. ε 5:

τοῖσι δ' Ἀθηναίη λέγε κήδεα πόλλ' Ὀδυσῆος

interpol. 1) propter verbum λέγειν (cap. XIX); 2) quod auctor id, quod oratione continetur, nobiscum antea communicat; cf. cap. XXIV et Kf. pg. 196 seq.

Concl. + ind. ε 28:

ἦ ῥα καὶ Ἑρμείαν υἱὸν φίλον ἀντίον ηὔδα

notabilis 1) quod concl. ἦ ῥα cum ind. in unum versum comprimitur (cf. cap. IX pg. 40); 2) quod ἀντίον ηὔδα significat *allocutus est*; anal. *E* 170; *Θ* 200; *Ω* 333. ε 28 hodiernam formam interpolatori versuum ε 1—27 debet; Kf. pg. 197.

Concl. ε 474: ὣς ἄρα οἱ φρονέοντι susp.,[2]) quod al. in media narratione exstat; cf. e. g. ζ 145.

ζ.

Ind. ζ 118:

ἑζόμενος ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν

sing. dict. et variatio formulae

εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.

Ind. ζ 148:

αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον

rec.; al. unum tantum adiectivum ad voces φάτο μῦθον adicitur, cf. *Φ* 393, 471; φάτο μῦθον exstat θ 10; ν 37; ο 171; υ 111; φ 67.

---

1) De concl. δ 619 cf. Kf. pg. 190 seqq.

2) Kf. pg. 68 ε 474 inter veteres numerat.

Difficilis et complicata est quaestio, quae oritur de ultimis libri ζ versibus. Litigant enim viri docti, utrum tota Ulixis precatio (ζ 324—327) delenda sit (sic Bergkius), an pars orationis ut interpolata eicienda sit,[1]) alii sequentis libri η primum versum sollicitant (sic Lehrs, Kammer). Equidem hoc iudico. Fortasse η 1 eiciendus est, quem demum post carminum per libros divisionem et in usum ipsius divisionis factum esse cum quadam veri specie conicio. Sine dubio versus η 1 orationis finem ζ 327 statim insequi non poterat. Quod si admitteres, haec inaudita fieret species complexionum! Si oratio retinetur sive tota sive decurtata, nullo modo ab ea avellere licet ζ 328: *ὣς ἔφατ' εὐχόμενος*. Itaque exsecandi erunt ζ 323—η 1, id quod mihi optime huic vitio mederi videtur. Augetur mea suspicio observata inductione ζ 323:

αὐτίκ' ἔπειτ' ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο

minus propter particulas *αὐτίκ' ἔπειτα*, quae anal. carent, quam propter suspectam similitudinem, qua coniungitur ζ 323 cum mira illa clausula γ 62:

ὣς ἄρ' ἔπειτ' ἠρᾶτο καὶ αὐτὴ πάντα τελεύτα.

η.

Ind. η 298: *τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο φώνησέν τε* rec., anal. Υ 199; η 308; ϑ 140, 400; λ 347, 362; ν 3; ϱ 445; τ 405; ω 327.

Ind. η 330:

εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν

valde susp., al. non exstat; contaminatae sunt duae sententiae *εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν* et *ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν*. η 298—347 etiam Kirchhoffio pg. 210 susp. erant. Accedit, quod sequitur concl. η 334:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον (cap. III).

---

1) ζ 328—331 damnantur a P. Knightio, Kirchhoffio, Nitschio, Ludwichio al.

Concl. η 343: ὣς φάν recc., anal. una ipsa quoque recc. β 337. Iure damnat Kf. pg. 210 totum libri η finem inde a versu 298.

ϑ.

Ind. ϑ 10: καί ῥα ἑκάστῳ φωτὶ παρισταμένη φάτο μῦϑον rec., anal. una β 384, sed in media narratione. De phrasi φάτο μῦϑον cf. ad ζ 148; recc. Kf. pg. 211.

Concl. ϑ 83: ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός interpol. 1) propter verbum ἀείδειν, quod apud epigonos demum exstat; 2) propter pronomen ταῦτα (cap. II). Plaudo Kirchhoffio, qui pg. 212 delet ϑ 83—96; non sufficit, quod Kammer delet ϑ 87—92 et Blass ϑ 79—82.

Concl. ϑ 256: ὣς ἔφατ' Ἀλκίνοος ϑεοείκελος rec., al. non additur adiectivum ad subiectum. — In eo carmine, quod cantat Demodocus de amoribus Martis et Veneris (ϑ 266—369)[1], offendunt haec:

1) ubertas inductionis ϑ 302—305;[2]

2) concl. ϑ 333: ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, quae al. nusquam post orationem fictam ponitur (cap. III);

3) hanc concl. al. nusquam statim sequitur inductio;

4) ind. ϑ 334: Ἑρμῆν δὲ προσέειπεν contra usum incipit a nomine proprio; legi resp. τὸν (τὴν) δέ, anal. una Φ 497;

5) concl. ϑ 367: ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε = ϑ 83, cf. supra.

Suspectum est etiam alterum Demodoci carmen ϑ 499—521[3]) 1) quod ϑ 499:

ὣς φάϑ', ὁ δ' ὁρμηϑεὶς ϑεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν

concl. cum ind. copulatur; insuper verbum ἤρχετο valde

---

1) rec. Kf. pg. 92 seqq.
2) Kf. pg. 213 del. ϑ 303.
3) rec. Kf. pg. 98.

de prosae orationis dictione monet; cf. Buenningsii[1]) tab. II (de Xenophonte) et tab. IV (de Platone);

2) concl. ϑ 521 = ϑ 83 et 387.

Concl. ϑ 570: ὣς ἀγόρευ' ὁ γέρων (post or. obliquam) rec.; de ἀγορεύειν verbo cf. cap. XVIII; sim. Θ 542; Σ 310 (recc.). ϑ 565—570 ex ν 173—178 fluxerunt (Kf. pg. 214).

ι.

Ab ind. ι 1: τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη novus liber incipit; de hoc abusu grammaticorum cf. quod compluribus locis statuimus.

Ind. ι 251: εἴρετο rec., cf. cap. XVII.

Concl. ι 281: ὣς φάτο πειράζων[2]) rec., cf. cap. VI.

Concl. ι 360 in codicibus legitur:

ὣς ἔφατ', αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον,

quam lectionem metri causa retineri non posse liquido constat. Itaque nonnulli viri docti (sic Dindorfius in ed. V) posuerunt: ὣς φάτ', ἀτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον ... id quod vel propterea probari non potest, quod particula ἀτάρ post concl. posita apud Hom. nusquam invenitur.[3]) Sanavit hunc locum God. Hermannus, qui Orph. pg. 779 suspicatus est in hoc versu ι 360 pronomen ἐγώ interpolatum esse, id quod egregie comprobatum est codice Laurentiano F apud Ludwichium. Quae cum ita sint, scribendum est:

ὣς ἔφατ', αὐτάρ οἱ αὖτις πόρον αἴθοπα οἶνον.

Ind. ι 402: ἱστάμενοι δ' εἴροντο περὶ σπέος ὅττι ἑ κήδοι interpol. 1) propter verbum εἴροντο (cap. XVII);

2) additur, ubi verba facta sint;

3) auctor nobiscum antea communicat, quid in or. dir. insit, ita ut ipsa fere deesse possit.

---

1) cf. supra pg. 10.

2) sim. Ap. Rhod. II 640: ὣς φάτ' ἀριστήων πειρώμενος.

3) Immo, quod ego compertum habeam, omnino nusquam in arte epica.

Ind. ι 407: τὸν δ' αὖτ' ἐξ ἄντρου προσέφη offendit, quod sicut in ind. ι 402 additur, ex quo loco locutus sit Cyclops; anal. T 404 ὑπὸ ζυγόφι.

Ind. ι 409: ἀπαμειβόμενοι ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον rec.; exstat ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον δ 189; ρ 349; participium ἀπαμειβόμενος al. nusquam accedit.

Concl. ι 413: ὣς ἄρ' ἔφαν ἀπιόντες susp.

1) propter formulam ὣς ἄρ' ἔφαν (cap. V);

2) quod contra usum additur participium ἀπιόντες.

Ind. ι 446: τὸν δ' ἐπιμασσάμενος προσέφη rec., al. semper τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

Concl. ι 500[1]: ὣς φάσαν recc.; anal. κ 67; μ 192; φ 366; cf. cap. V.

Concl. + ind. ι 506:

ὣς ἐφάμην. ὃ δέ μ' οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ

rec., offendit 1) partic. οἰμώξας in eiusmodi formula;

2) ἠμείβετο quod praeter formulam firmam τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα exstat Α 292; κ 71; λ 59; μ 278; ο 485.

Saepe igitur in hoc carmine ι quod est de Cyclope leges, quae apud Homerum valent, franguntur. Itaque non plaudere possum ei, quod Kirchhoff pg. 215 seq. (et aliis locis) de hoc poemate exposuit; antiquo enim carmini »de Ulixis reditu« id attribuit.

κ.

Concl. κ 46: ὣς ἔφασαν susp., anal. una υ 384 (susp.), ubi additur subiectum μνηστῆρες.

Ind. κ 63: ἐκ τ' ἐρέοντο susp., anal. nusquam; cf. cap. XVII.

Concl. κ 67: ὣς ἔφαν rec.; cf. pg. 32 adnot.

Concl. κ 70:

ὣς ἐφάμην μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν

---

1) ι 475—501 deleverunt Kammer et Bergk.

valde susp., quod al. tale quid ad ὥς ἐφάμην non additur[1]; sumpsit id auctor recentiorum more ex inductione.

Ind. κ 71: πατὴρ δ' ἠμείβετο μύθῳ rec., cf. ad ι 506.

Concl. κ 229: ὥς ἄρ' ἐφώνησεν rec., cf. cap. XIV.

Ind. κ 250:

καὶ τότε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον

interpol. propter verbum καταλέγειν (cap. XIX). Praeterea praemittitur id, quod continet oratio subsequens (τῶν ἄλλων ἑτάρων ὄλεθρον); cap. XXIV.

Ind. κ 265: καί μ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα et ind. κ 430: καί σφεας φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα a Kirchhoffio et aliis damnantur, quod in nonnullis codicibus non leguntur. Atque profecto sine detrimento deesse possunt; at tamen eiusmodi plenitudo sententiae bene quadrat ad totius scilicet novicii carminis colorem.

Concl. + ind. κ 422:

ὥς ἔφαν, αὐτὰρ ἐγὼ προσέφην μαλακοῖς ἐπέεσσιν

valde susp., quod ὥς ἔφαν al. nusquam cum insequenti inductione in unum versum comprimitur (cap. IX).

Concl. κ 446: ὥς φάμενοι rec. (cap. XXII).

Ind. κ 471: καὶ τότε μ' ἐκκαλέσαντες *ἔφαν* ἐρίηρες ἑταῖροι valde susp., quod forma ἔφαν al. semper ad conclusionem restricta est.

Concl. κ 475:

ὥς ἔφαν, αὐτὰρ ἐμοί γ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ

una cum sequentibus versibus κ 476—479 omittitur in codd. H et W probante Eust., cui assentiuntur Ludwichius, Dindorfius, al. Eiciunt igitur conclusionem ita, ut statim post or. dir. legatur illud αὐτὰρ ἐγώ, id quod omni legi dictionis Homericae repugnat. Aut κ 471—474 ipsi quoque damnandi sunt, aut servanda est concl. κ 475 et vv. seqq. (sic Kf. pg. 221).

---

1) sim. Ap. Rhod. III 1101 (et al.):

ὥς φάτο μειλιχίοισι καταψήχων ὀάροισιν.

Ind. κ 482: καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων deest in codd. nonnullis et apud Eust, non male, quod praecedit κ 481: ϑεὰ δέ μου ἔκλυεν αὐδῆς (cap. I), quae sententia ab oratione, ad quam pertinet, separari non potest. Ceterum Kf. pg. 221 κ 482–fin. interpolatori vindicavit.

Concl. κ 541: ὣς ἔφατ', αὐτίκα δὲ χρυσόϑρονος ἤλυϑεν Ἠώς rec., cf. ad γ 329.

λ.

Concl. λ 81–83:

νῶι μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβομένω στυγεροῖσιν
ἥμεϑ', ἐγὼ μὲν ἄνευϑεν ἐφ' αἵματι φάσγανον ἴσχων,
εἴδωλον δ' ἑτέρωϑεν ἑταίρου πόλλ' ἀγόρευεν

interpol. (= Kf. pg. 131), nam

1) summatur totum diverbium similiter ac formula
ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον;

2) ἀμείβεσϑαι non nisi apud epigonos et prosaicos in concl. admittitur [1];

3) prodit etiam plenitudo sententiae epigonum; anal. λ 225, 465, quos Kf. me invito veteri Odysseae adnumerat.

Concl. λ 150/151: ὣς φαμένη ψυχή . . .
. . . ἐπεὶ κατὰ ϑέσφατ' ἔλεξεν
interpol. propter verbum καταλέγειν.

Ind. λ 347:
τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο φώνησέν τε
rec.; anal. η 298, 308; ϑ 140, 400; λ 362.

μ.

Concl. μ 165:
ἦ τοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον
manifesto interpol.; cf. cap. XIX pg. 54/55. Iam Duentzerus hunc versum damnavit.

1) Respicias locutionem ἐπέεσσιν ἀμείβεσϑαι hic servavisse genuinam significationem »vicissim verba dare«.

In concl. (rec.) μ 192 ad formam ὣς φάσαν participium ἱεῖσαι ὄπα κάλλιμον adicitur.

μ 374 contra consuetudinem deest concl. post or. dir.

Concl. μ 389/90:

ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα Καλυψοῦς ἠυκόμοιο·
ἡ δ' ἔφη Ἑρμείαο διακτόρου αὐτὴ ἀκοῦσαι

interpol. propter pronomen ταῦτα (cap. II). Iure iam ex Aristarchi temporibus μ 374—390 ut insiticii damnantur.

ν.

In ind. ν 36/37:

αἶψα δὲ Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μετηύδα
Ἀλκινόῳ δὲ μάλιστα πιφαυσκόμενος φάτο μῦθον

valde susp. ν 37 1) quod abundat;

2) φάτο μῦθον perraro exstat; cf. ad ζ 148;

3) verbum πιφαύσκειν interpolationibus tantum familiare est; cf. μ 165; χ 131 (= 247).

Ind. ν 127: Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν rec., anal. Υ 15; cf. cap. XXIV.

In ind. ν 253—255:

καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα
οὐδ' ὅ γ' ἀληθέα εἶπε, πάλιν δ' ὅ γε λάζετο μῦθον
αἰὲν ἐνὶ στήθεσσι νόον πολυκερδέα νωμῶν

vv. 254—255 valde susp. 1) quod abundant;

2) illud πάλιν δ' ὅ γε λάζετο μῦθον me ut alienum tangit et fere pravum videtur.[1]) Itaque propensus sum ad exsecandos ν 254—255 ut glossam interpolatoris. Ceterum respicias similitudinem horum versuum suspectorum et interpolatae illius concl. τ 203:

ἴσκε ψεύδεα πολλά, λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Concl. ν 429:

ὣς ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη

susp.; anal. deest; sim. formula ὣς ἄρα μιν εἰπόντα; de

1) Iam Δ 357 id interpolatum esse statuimus.

participio raro *φάμενος* cf. cap. XXII.[1]) Kf. pg. 499 *ν* 412–428 sero insutos esse statuit. Hac interpolatione admissa etiam *ν* 429 mutatus esse videtur.

ξ.

Ind. ξ 401: *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεεν* rec.; anal. Θ 292; Ξ 242; π 308.

Ind. ξ 459–461:

τοῖς δ' Ὀδυσεὺς μετέειπε συβώτεω πειρητίζων,
εἴ πώς οἱ ἐκδὺς χλαῖναν πόροι ἤ τιν' ἑταίρων
ἄλλον ἐποτρύνειεν, ἐπεί ἑο κήδετο λίην

notabilis propter plenitudinem sententiae; sim. *ο* 301 seqq. Idem valet de

ind. ξ 484/85: *καὶ τότ' ἐγὼν Ὀδυσῆα προσηύδων ἐγγὺς ἐόντα*
ἀγκῶνι νύξας. ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ὑπάκουσεν.

ο.

Ind. *ο* 424:

ἡ δὲ μάλ' αὐτίκα πατρὸς ἐπέφραδεν ὑψερεφὲς δῶ

interpol. ex *κ* 111; verbo monstrandi (*φράζειν*) inducitur or. dir., id quod anal. caret; cf. cap. VIII extr. et Kf. pg. 508.

Ind. *ο* 434 (= *ο* 439):

τὸν δ' αὖτε προσέειπε . . . καὶ ἀμείβετο μύθῳ

recc., al. nusquam invenitur.

Ind. *ο* 485: *τὸν δ' αὖ διογενὴς Ὀδυσεὺς ἠμείβετο μύθῳ* recc., anal. caret; vv. *ο* 283–496 postea inserti sunt, et summantur quidem conclusione *ο* 493:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,

quae hoc loco eo magis offendit, quod post eam contra omnem usum idem subiectum retinetur.

---

1) Duentzer annal. philol. LXVIII 496 damnat *ν* 429 et ita mutat, ut scribat: *ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἔρξασα ἀνέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη.* Pessime ille! Nam ubi, quaeso, Hom. in orationis clausula exprimit, quid fecerit aliquis? Legi resp. verbum dicendi.

π.

Concl. recc. π 11 (= π 351): οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτε in cap. I pg. 15 diligentius ponderata est. π 281—298 damnavit Aristarchus ut depromptos ex τ 5—13; quos ipsos quoque interpolatos et ad exemplar versuum π 281—298 factos esse iudicat Kirchhoff (pg. 511 et al.). Fortasse uterque locus insiticius est; nam

1) utroque loco π 295, τ 13[1]) post or. dir. deest concl.;

2) offendit ind. π 286/287, τ 5/6.

. . . αὐτὰρ μνηστῆρας μαλακοῖς ἐπέεσσιν παρφάσθαι, ὅτε κέν σε μεταλλῶσιν ποθέοντες propter verbum παρφάσθαι, quod al. non adhibetur, et quia accedit sententia secundaria, quae pendet a coniunctione ὅτε.

Post or. dir. π 337 deest complexio; concl. π 351 = π 11; concl. π 448: ὣς φάτο θαρσύνων anal. caret (cf. cap. VI). Jure π 322—451 damnantur a Kirchhoffio.

ρ.

ρ 31—166 a Kirchhoffio et Wilamowitzio novicii habentur. Nihil in iis offendit, at summantur formula ρ 166: ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον (cap. III). In ind. ρ 215—216: νείκεσσεν ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν ἔκπαγλον καὶ ἀεικές, ὄρινε δὲ κῆρ Ὀδυσῆος offendit ρ 216 1) quod al. ad formulam ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν nusquam adiciuntur adiectiva;

2) praemittitur id, quod oratione efficietur: ὄρινε δὲ κῆρ Ὀδυσῆος (cap. I pg. 14).

Concl. ρ 348:

ὣς φάτο, βῆ δὲ συφορβός, ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσεν rec.; anal. Β 16; ρ 551, 574; sim. αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε (cf. ad Φ 377).

---

1) τ 13 post ea verba, quibus Telemachus Ulixis consilio placare debet procos.

Ind. ϱ 405: *τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοος ἀπαμειβόμενος προσέειπεν* rec.; anal. una (recc.) *Υ* 86.

Concl. ϱ 409 (= ϱ 462): *ὣς ἄρ' ἔφη καί . . . ὑπέφηνε* rec.; al. nusquam legitur *καί* post *ὣς ἄρ' ἔφη*.[1])

Concl. ϱ 488: *ὣς ἄρ' ἔφαν μνηστῆρες* rec., al. subiectum non adicitur (cap. V).

ϱ 492—fin. a Kirchhoffio et Wilamowitzio ut conglutinatoris opus damnantur. Atque profecto regnant ibi aliae leges atque in genuinis carminibus Hom.

Ind. ϱ 493: *μετ' ἄρα δμωῇσιν ἔειπεν* rec., al. *ἄρα* nusquam tali loco positum est.

Concl. ϱ 505/6:

ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευε μετὰ δμωῇσι γυναιξὶν
ἡμένη ἐν θαλάμῳ. ὁ δ' ἐδείπνεε δῖος Ὀδυσσεύς

interpol. Fusius de hoc loco disputavimus in cap. XVIII pg. 54 (cf. ϱ 589); anal. apud epigonos.

Concl. ϱ 541: *ὣς φάτο, Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν*: *sic locutus est, cum subito* etc.; cf. ad *γ* 329.

Ind. ϱ 575: *τὸν δ' ὑπὲρ οὐδοῦ βάντα προσηύδα* rec., ad exemplar versus *δ* 680 facta esse videtur.

Concl. ϱ 589/90:

ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευεν, ὁ δ' ᾤχετο δῖος ὑφορβὸς
μνηστήρων ἐς ὅμιλον, ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα

rec.; ad concl. *ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευεν* cf. ϱ 505/6 et cap. XVIII; anal. ad *ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα* una *Υ* 340.[2])

σ.

Concl. σ 32/33: *ὣς οἱ μὲν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων*
οὐδοῦ ἔπι ξεστοῦ πανθυμαδὸν ὀκριόωντο

recc., cf. pg. 31; anal. apud epigonos.

---

1) Excepto uno loco *Α* 584; eo confidentius libri A finem recentiori aetati deberi affirmo; cf. pg. 70—72.

2) cf. ϱ 405 et ϱ 445, qui ipsi quoque in Iliade analogias non habent nisi in libro Υ.

Ind. σ 111: *καὶ δεικανόωντ' ἐπέεσσιν* rec.; anal. in media narratione *O* 86: *δεικανόωντο δέπασσιν*[1]) et ω 410.

Conclusione σ 243: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* hic quoque summatur pars sero inserta (σ 158—243 Wilamowitzius; σ 233—242 Kammer).

Concl. σ 271: *κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε* interpol., cf. cap. II pg. 25; anal. *B* 330; *Ξ* 48.

Post ind. σ 321:

τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένιπε Μελανθὼ καλλιπάρῃος

versibus σ 322—325 auctor narrat de ancillae gente et rebus gestis lingua tam prompta, ut quasi per anaphoram inductionem illam iterare cogatur versu σ 326:

ἥ ῥ' Ὀδυσῆ' ἐνένιπεν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν,

quod genus dicendi mihi recc. videtur; de illo *ἥ ῥα* cf. ad *H* 356; ad *ἐννέπειν* cf. cap. XVI.

In concl. σ 340: *ὣς εἰπὼν ἐπέεσσι διεπτοίησε γυναῖκας* ita detritum est *ὣς εἰπών*, ut simplici »so« vertendum sit; cf. ad *K* 72.

In ind. σ 349—350:

τοῖσιν δ' Εὐρύμαχος Πολύβου πάις ἦρχ' ἀγορεύειν

κερτομέων Ὀδυσῆα, γέλω δ' ἑτάροισιν ἔτευξεν

offendit σ 350, nam 1) post locutionem *ἦρχ' ἀγορεύειν* al. non adicitur participium;

2) altero hemistichio *γέλω δέ . . . ἔτευξεν* praemittitur, quid effectum sit oratione quae insequitur (cf. cap. I pg. 14).

Concl. + ind. σ 356: *ἦ ῥ' ἅμα τε προσέειπεν* recc. propter particulam *ἅμα* (*illico*), de qua egimus in cap. I pg. 16.

τ.

De ind. τ 5/6 cf. ad π 286.

Concl. τ 203: *ἴσκε ψεύδεα πολλά, λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα* interpol.; cf. cap. XX pg. 57/58, ubi hanc sententiam copiosius tractavimus.

---

1) falso Zenodotus *ἐπέεσσι.*

In concl. τ 249/50:

ὣς φάτο, τῇ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο
σήματ' ἀναγνούσῃ, τά οἱ ἔμπεδα πέφραδ' Ὀδυσσεύς

offendit τ 250, qui in nonnullis codicibus deest; nam

1) valde susp. est verbum φράζειν;

2) al. nusquam participium ad illam sententiam τῇ δ' ἔτι μᾶλλον . . adponitur. Itaque Knightio, Kirchhoffio, Ludwichio praecedentibus τ 250 delendum esse contendo.

Post orationem τ 406—412 hiat narratio, nam omissa conclusione sequitur τ 413: τῶν ἕνεκ' ἦλθ' Ὀδυσεύς. Quoniam al. semper fere, ubi excidit conclusio, id indicium interpolationis esse cognovi, hoc quoque loco aliquid simile accidisse conicio; atque profecto illud episodium, quo narratur, qua ratione Ulixes nomen acceperit (τ 399—412), vel propter miram illam etymologiam meam suspicionem iam diu movit et ab ipso Kirchhoffio pg. 523 seq. damnatur.

υ.

Ind. υ 17: στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ sing. dict.; de ἐννέπειν cf. cap. XVI.

Concl. υ 22:

ὣς ἔφατ' ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ

sing. dict., valde susp.; cf. cap. VI; anal. apud epigonos.

In ind. υ 60: Ἀρτέμιδι πρώτιστον ἐπεύξατο δῖα γυναικῶν contra usum vetustiorem ἐπεύξατο significat *supplicavit* deae, in Il. semper *gloriari;* sed anal. ad υ 60 in Od. ε 444; ρ 239; υ 97; semel tantum in Od., loco interpolato χ 286, εὔχεσθαι significat *gloriari.*

Concl. υ 91: ὣς ἔφατ', αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ἤλυθεν Ἠώς post precationem posita valde susp. (cf. e. g. υ 102).

Ind. υ 111: ἦ ῥα μύλην στήσασα ἔπος φάτο, σῆμα ἄνακτι rec., nam 1) ἔπος φάτο sing. dict.;

2) illud σῆμα ἄνακτι exprimit, quo consilio habita sit oratio.

Totum huius libri *υ* exordium, quod comprehenditur conclusione *υ* 172:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

mihi valde suspectum est.

Concl. *υ* 238: *ὣς δ' αὔτως Εὔμαιος ἐπεύξατο* interpol., fluxit ex *φ* 203–204 (Kf. pg. 527). Etiamsi ne ibi quidem usui respondet, tamen ibi multo melius in narrationis contextum quadrat quam hoc libri *υ* loco.

Concl. *υ* 240: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* fortasse eidem interpolatori debetur atque *υ* 238. An praecedit maior interpolatio?

φ.

Ind. *φ* 67:

αὐτίκα δὲ μνηστῆρσι μετηύδα καὶ φάτο μῦθον

al. non invenitur.

Post orationem dir. *φ* 200–202 deest concl. solita; *ὣς δ' αὔτως*, quod sequitur, etiam in media narratione (e. g. *φ* 225) ponitur; cf. etiam ad *υ* 238.

Concl. *φ* 354–355: *ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν οἶκόνδε βεβήκειν·*

παιδὸς γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ

iam supra una cum *α* 360 pg. 122 tractata est. Aut praecedit aut sequitur additamentum.

χ.

In concl. *χ* 8 seqq.:

ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ ἰθύνετο πικρὸν ὀιστόν.

ἦ τοι ὁ καλὸν ἄλεισεν κτλ.

χ 9 et seqq. mihi valde susp., quod al. nusquam *ἦ τοι* post concl. *ἦ καί* .. admittitur. Augetur mea suspicio eo, quod sententia *χ* 12–14 *τίς κ' οἴοιτο . . . μέλαιναν* proverbii colorem offert. Itaque *χ* 9–14 interpolatori deberi conicio.

Concl. *χ* 31–33: *ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ* iam in cap. XX deleta est.

Ind. χ 131 (= χ 247):

τοῖς δ' Ἀγέλεως μετέειπεν, ἔπος πάντεσσι πιφαύσκων

susp. propter verbum πιφαύσκειν.[1])

Post or. dir. 195—199 deest conclusio, sequitur enim statim: ὣς ὃ μὲν αὖθι λέλειπτο. χ 192—199 interpol. sunt, cf. Kammer, pg. 690.

Ind. χ 207: καὶ μῦθον ἔειπεν recc.; anal. una ω 513.

Concl. χ 210:

ὣς φάτ' ὀιόμενος λαοσσόον ἔμμεν' Ἀθήνην

susp. propter id, quod ad ὣς φάτο adicitur (cf. cap. VI).

Ind. χ 212: πρῶτος τήν γ' ἐνένιπε rec., cf. cap. XVI; et χ 203—240 a Duentzero, χ 205—240 a Kirchhoffio pg. 529 seq. et a Kammero damnantur.

Ind. χ 247 = χ 131, cf. supra.

Ind. χ 286: ἐπευχόμενος δὲ προσηύδα rec.; hoc uno Odysseae loco εὔχεσθαι significat *gloriari* (cf. pg. 137).

Concl. χ 292: ἦ ῥα βοῶν ἑλίκων ἐπιβουκόλος susp., nam subiectum ad ἦ ῥα in Od. semel additur loco suspecto γ 337: ἦ ῥα Διὸς θυγάτηρ, ubi eadem circumscriptio nominis proprii notanda est (cf. cap. XXV); anal. in Il. Ζ 390; Χ 77 (interpol.). Fluxisse videtur illud βοῶν ἑλίκων ἐπιβουκόλος ex υ 235.

Concl. χ 398:

ὣς ἄρ' ἐφώνησεν, τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος

habet anal. ρ 57; τ 29; φ 386. Alterum hemistichium τῇ δ' ἄπτερος . . . contrarium voluit esse poeta inductioni tritae ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

ψ.

Concl. ψ 181—182:

ὣς ἄρ' ἔφη πόσιος πειρωμένη, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ὀχθήσας ἄλοχον προσεφώνεε κεδνὰ ἰδυῖαν

susp., nam 1) al. ad ὣς ἄρ' ἔφη participium non additur;

---

1) χ 126—130 etiam Kirchhoffio pg. 529 susp.

2) offendit tali loco *αὐτάρ;*

3) *ψ* 182 analogia caret.

Ind. *ψ* 247: *καὶ τότ' ἄρα* rec.; hae particulae in Od. al. non exstant in ind.

ψ 110—288 a viris doctis interpolatori tribuuntur. Hic quoque comprehenditur hoc additamentum *ψ* 110—288 conclusione (*ψ* 288):

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

ω.

Ind. *ω* 23:

τὸν προτέρη ψυχὴ προσεφώνεε Πηλεΐωνος susp.; al. in usu est forma *προσέειπε*, nec vero al. subiectum *(ψυχή)* tali loco adponitur.

Concl. *ω* 203—204:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
ἑστεῶτ' εἰν Ἀίδαο δόμοις ὑπὸ κεύθεσι γαίης

recc., amplificatur concl. illa sollemnis *ω* 203 versu 204, id quod al. non invenitur.

Ind. *ω* 213: *ἔνθα* (cf. pg. 13); anal. *E* 471, 784; prosa oratio.

Concl. *ω* 345—346 = *ψ* 205—206; cf. supra.

Concl. *ω* 361: *ὣς ἄρα φωνήσαντε* ex *Z* 232 vel ex *K* 349 desumpta est.

Ind. *ω* 425: *τοῦ ὅ γε δάκρυ χέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν* ex *β* 24 fluxit.

Concl. *ω* 450:

ὣς φάτο, τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος ᾕρειν

recc.; legi resp. *εἷλεν* (e. g. *χ* 42); cf. cap. I pg. 14.

Sic confecta Odysseae tractatione breviter comparanda sunt nostrae observationes cum eo, quod statuit A. Kirchhoff in opere citato de Odyssea condito. In iis versibus, quos ille carmini antiquissimo quod est »de Ulixis reditu«

tribuit, in universum eaedem leges valent in orationum inductionibus et complexionibus atque in genuinis Iliadis partibus. At excipiendi sunt hi:

1) carmen de Cyclope (ι 105–fin.)[1];

2) eae partes Necyiae (λ), quas Kf. antiquas esse putat. Offendunt enim λ 151; λ 225, ubi incipit catalogus feminarum; λ 465 (in catalogo heroum in Troiae oppugnatione mortuorum);

3) in libro ν versus 37. Ex ceteris nullus offendit.

Multo maiore libertate dicendi inducit et complectitur orationes directas is, qui composuit alteram Odysseae partem (inde a ν 185–ψ 296). Etiamsi raro tantum plane respuit usum Homericum, tamen saepe novas formulas sibi finxit.

Denique adscribendi sunt ii versus, qui mihi maxime dictioni Homericae offendere videntur, ita ut eos novissima demum aetate intextos esse censeam: β 93–110 (= Kf. pg. 178 seqq.); 324–337. γ 54 seqq. susp.; 76–78; 337 (Kf. pg. 24 seqq.). δ 76; 137; 370; 767. ε 5; 28. ζ 324–337. η 298–347. ϑ 10; 83–96; 158; 256; 266–369; 499–521; 565–570. ι 501–fin. κ et λ totum carmen. μ 165; 183–192; 374–390. ν 37; 254–255; 429. ξ 460–461 susp. ο 171; 415–493. π 11; 281–298; 322 seqq. (cf. 337, 351, 448!). ϱ 216 (susp.); 488–fin. σ 32–33; 271; 322–325; 350; 356. τ init.; 203; 250; 395 seqq. υ 1–171 susp.; 238–239; 384. φ 191–202; 354–355 susp. χ 9–14; 31–33; 126–131; 192–199; 205–240; 247. ψ 110–288 susp. ω totum carmen.

1) De antecedentibus libri ι versibus nolo iudicare, quod carent or. dir.

Restat ut ipse quoque meae disputationi complexionem adseram, quae quidem respondeat praefationi. Hoc praestabo comparans rationem loquendi eiusque »historiam« cum arte. Quas inter se quodammodo cohaerere vix erit qui neget. Luculenter id oculis nostris se offert in arte antiquissima Graecorum. Nonne in vetustissimae Iliadis formulis repraesentatur illa aetas artis, quam propter structuram certis legibus convenientem et propter symmetriam et concinnitatem membrorum appellamus »stilum geometricum«? Quippe in utraque arte idem incorruptum, rigidum et stabile plenumque gravitatis.

Sed Homerus vixit sub finem illius aetatis, quam carminibus celebrat et ex qua illas formas antiquissimas acceperat; itaque paulisper videmus apparere indicia novae aetatis — incipit ars ionica —, quae illas veteres formulas rigidas ornamentis venustis et lepidis illustrare studet. Taedet simplicitatis, delectat variatio.

Denique sicut multa, quae homines procreaverunt, in absurdum exeunt, ita etiam ars aberravit a recta via. Quid mirum idem accidisse in eo loquendi usu, quem examinavimus! Adductus studio varietatis et alacritatis Nonnus tam ineptas et absurdas formulas composuit, ut risum nostrum moveat. Adhibuit enim verba talia ut *φράζειν, στενάζειν, ἐπωδύρεσθαι, φορμίζειν, ἱμάσσεσθαι, ἰάχειν, ἀΰτεῖν, ἀναΰτεῖν, δέρκεσθαι* etc., sed ne respuit quidem taetras illas formulas, quales inveni: *ἀποῤῥοιβδεῖν* et *ἀνερεύγειν ἔπος*.

Index.

Vita.

Natus sum Johannes Berger in vico Rhenano Wickrathberg die 20. mensis Julii anni MDCCCLXXXIV patre Guilelmo ludi magistro, Anna matre e gente Bruckschen, qui quod adhuc vivunt gaudeo; fidei addictus sum evangelicae. Me puero duorum annorum parentes Assindiam ad Ruram migraverunt. Elementis litterarum primum domi a patre, deinde per tres annos in ludo Assindiensi imbutus, ineunte anno 1894 in gymnasium Assindiense, quod Reinholdo Biese directore adhuc floret, receptus sum. Vere anni 1903 cum testimonio maturitatis dimissus Marpurgum me contuli, ut philologiae operam et studium darem. Ubi postquam per ter sex menses moratus sum, Berolinum migravi, unde autumno anni 1905 Marpurgum redii. Proseminarii exercitationibus philologi ut interessem, benigne mihi concesserunt professores Birt, Kalbfleisch, Thiele; Berolinenses U. de Wilamowitz-Moellendorff et Diels. Marpurgi ut seminarii sodalis essem, per duo semestria benignitate factum est Birtii, Kalbfleischii, Maassii directorum, exercitationibus suis me admiserunt historicis Niese, Varrentrapp, Klebs, archaeologicis L. de Sybel, paedagogicis Natorp. Examen rigorosum superavi die 4. mensis Martii anni 1908. Usque ad diem promotionis Marpurgi versatus sum, ut ad examen pro facultate docendi sustinendum me praepararem.

Docuerunt autem me viri doctissimi Berolinenses Diels, Doering, Hirschfeld, Kekule de Stradowitz, C. F. Lehmann-Haupt, Ed. Meyer, W. Schulze, Vahlen, U. de Wilamowitz-Moellendorff; Marpurgenses Birt, Cohen, Elster, Fischer, Justi, Kalbfleisch, Kayser, Klebs, Maass, Natorp, Niese, Sieveking, de Sybel, Thiele, Thumb, Varrentrapp, Vogt.

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago semperque habebo maximas; praeter ceteros autem Theodoro Birt, qui hoc ad opusculum suscipiendum me stimulaverit neque unquam in perficiendo opera et consilio mihi defuerit, gratissimum animum me servaturum esse spondeo.